10° 2
3

10° 2. 3.

Nº 1
21-74

-1-26

Biblioteca ... Granada
Sala A
Estante 9 8
Tabla
Núm. 44

R. 6333

# EXPOSITIO BVLLAE ALEXANDRI TERTII, DE CONFIRMATIONE ORDINIS MILITIAE S. IACOBI.

*Authore Doctore Ioanne Ramirez, eiuſdem Ordinis profeſſo, Inquiſitore Apoſtolico in Regno Nauarræ.*

Ad Philippum III. Hiſpaniarum Regem Catholicum, Regum omnium maximum, & potentiſsimum.

Expoſitioni accedunt multa notabilia in vtroq; iure, quæ in Indice apparebunt, quorum Capitula in ſeptima pagina referuntur.



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 3º. C. 66 N. 21.

CVM PRIVILEGIO.

BVRGIS.

*Ex Officina Philippi Iuntæ, per Ioannem Baptiſtam Vareſium.*

M. D. XCIX.

# *ERRATAS.*

PAgina.9.coluna.1.linea.19.dicit, tes lege tis lin.21.minuit, lege muniuit. pag. 102. col.1. lin. 17. indunt, i.d iunt.pag.103 co .lin.8 peri.lege perie pag.1 3.co.2.lin.4 præſt.lege præeſt. pag 130 col.1.lin.15 aliquatenus Mart, ri.lege aliquatenus.

*Vi eſte libro intitulado: Explicatio Bullæ Alexandri tertij: el qual eſta bien y fielmente impreſſo, y con las enmiendas que lleua ſacadas, concuerda cõ ſu original. En Valladolid, a 25. dias del mes de Abril, de.* 1599.

*Doctor Alonſo Vaca de Sanctiago.*

# TASSA.

YO Chriſtoual Nuñez de Leon, Eſcriuano de camara del Rey nueſtro ſeñor, vno de los que reſiden en ſu Conſejo: doy fee, que hauiendoſe viſto por los ſeñores del, vn libro, que con priuilegio de ſu Mageſtad eſta impreſſo, intitulado: *La expoſicion de la Bulla de Alexandro Tercero*: concedida para la fundacion dela Orden de Santiago, compueſto por el Doctor Iuan Ramirez, Freyle dela dicha Orden, e Inquiſidor de Logroño: taſſaron cada pliego, de quarenta y quatro q̃ el dicho libro tiene, a tres marauedis: con q̃ antes y primero que ſe vẽda el dicho libro ſe ponga al principio de cada vno dellos, eſta fee de taſſa. Y para que dello conſte, de mandamiento delos dichos ſeñores del Cõſejo de ſu Mageſtad, y de pedimiẽto del dicho Doctor Iuan Ramirez, di eſta fee en la Villa de Madrid, a veynte y dos dias del mes de Febrero del año de mil y ſeyſcientos.

*Chriſtoual Nuñez de Leon.*

# Muy Poderoſo ſeñor.

EL Doctor Lopez de Salzedo Cathedratico de Prima, y Dean en la facultad de Canones de la Vniuerſidad de Alcala. Digo, que yo he viſto vn libro por mandado de vueſtra Alteza, compueſto por el Doctor Iuan Ramirez, Inquiſidor Apoſtolico enel Reyno de Nauarra, que ſe intitula: Expoſicion dela Bulla de Alexandro tercio, concedida en confirmacion dela orden de Sanctiago. Y auiendo mirado con cuydado todo lo que contiene el dicho libro, me parece que todo lo que enel trata eſta muy bien fundado en derecho, y que ſera libro importante para los religioſos dela dicha orden de Sanctiago. Y anſi ſiendo V. Alteza ſeruido, ſe le podra dar licencia para imprimirle. En Alcala, a quatro de Março, de mil y quinientos y nouenta y ocho años.

**El Doctor Lopez de Salcedo.**

# EL REY.

POR quanto por parte de vos el Doctor Iuan Ramirez, freyle dela orden de Sanctiago, Inquiſidor de Logroño, nos fue fecha relacion, que vos auiades hecho y compueſto ſobre la Expoſicion dela Bulla de Alexãdro tercero, concedida para la fundacion de la dicha orden de Sanctiago, enel qual auiades tenido y pueſto mucho eſtudio y trabajo. Y porque deſſeauades que ſalieſſe a luz, por ſer la obra muy vtil y prouechoſa, nos pediſtes y ſuplicaſtes la mandaſſemos ver, y pareciendo ſer anſi, os dieſſemos licencia y facultad para la poder imprimir y vender eneſtos nueſtros reynos, con priuilegio por veynte años, o como la nueſtra merced fueſſe. Lo qual viſto por los del nueſtro Conſejo, y como por ſu mandado ſe hizieron las diligencias, que la Pregmatica por nos fecha ſobre la impreſsion de los libros diſpone, fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula enla dicha razon: y nos tuuimos lo por bien. Por la qual, por os hazer bien y merced, vos damos licencia y facultad, para que por tiempo de diez años, primeros ſiguientes, que corran y ſe cuenten deſde el dia dela fecha deſta, vos, o la perſona que vueſtro poder huuiere, y no otra alguna, podays imprimir el dicho libro que de ſuſo ſe haze mencion, por el original que en el nueſtro Conſejo ſe vio, que va rubricado y firmado al fin del, de Miguel de Ondarça çauala, nueſtro Eſcriuano de Camara, de los que en el reſiden: con que no ſe imprima en manera alguna en el dicho libro la dedicatoria a quien dirigiſtes el dicho libro. Y antes que ſe venda lo traygays ante ellos, juntamente con el original, para que ſe vea ſi la dicha impreſsion eſta conforme a el, o traygays fee en publica forma, en como por corrector nombrado por nueſtro mandado, ſe vio y corrigio la dicha impreſsion por el original. Y mandamos al impreſſor que imprimiere el dicho libro, no imprima el principio y primer pliego, ni entregue mas de vn ſolo con el original al autor, o perſona a cuya coſta ſe imprimiere, y no otro alguno, para effecto de la dicha correcciõ y taſſa, haſta que primero el dicho libro eſte corregido y taſſado por los del nueſtro Conſejo: y eſtando aſsi, y no de otra manera, pueda imprimir el principio y primer pliego, en el qual ſeguidamente põga eſta nueſtra licencia y priuilegio, y la aprobacion, taſſa y erratas, ſopena de caer è incurrir en las penas contenidas en la dicha pregmatica y leyes de nueſtros reynos. Y mandamos, que durante el dicho tiempo, perſona alguna ſin vueſtra licencia no le pueda imprimir ni vender, ſopena que el que lo imprimiere aya perdido y pierda todos y qualeſquier libros,

bros, moldes, y aparejos que del dicho libro tuuiere, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez q̃ lo contrario hiziere: la qual dicha pena ſea la tercia parte para la nueſtra Camara, y la otra tercia parte para el juez q̃ lo ſentenciare, y la otra tercia parte para la perſona q̃ lo denunciare. Y mãdamos a los del nueſtro Conſejo, Preſidentes, y Oydores de las nueſtras audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nueſtra caſa y Corte, y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Aſſiſtente, Gouernadores, Alcaldes mayores y ordinarios, y otros juezes y juſticias qualeſquier de todas las ciudades, villas y lugares de los nueſtros reynos y ſeñorios, anſi a los que agora ſon, como a los que ſeran de aqui adelante, que vos guarden y cumplã eſta nueſtra cedula y merced que anſi vos hazemos, y contra ſu tenor y forma, y de lo en ella contenido, no vayan ni paſſen, ni conſientan yr ni paſſar en manera alguna, ſopena de la nueſtra merced, y de diez mil marauedis para la nueſtra Camara. Dada en Madrid, a ſeys dias del mes de Iunio, de mil y quinientos y nouenta y ocho años.

*YO EL PRINCIPE.*

Por mandado del Rey nueſtro ſeñor ſu Alteza en ſu nõbre.

*Don Luys de Salaçar.*

# INDEX CAPITVLORVM, AD TRACTATVM DE CONFIRMATIONE ORDINIS D. IACOBI.


CAPVT PRIMVM.

*Alexander tertius quo anno fuit creatus, quot annis fuerit in Pontificatu, quo numero pontificum, & quo anno ſui Pontificatus confirmauerit ordinem diui Iacobi.*

CAPVT II.

*Nomen Epiſcopus pro inſpectore, ſpeculatore, & proſpiciente receptum eſt in veteri teſtamento, & in iure ciuili.*

CAPVT III.

*Clauſula, ſeruus ſeruorum Dei cui, tanquàm authori tribuatur, & ex qua parte Euangelij ſummatur.*

CAPVT IIII.

*Petrus Ferdinandus, Magiſter militiæ ſancti Iacobi, fuit primus Magiſter huius ordinis à tempore confirmationis, non tamen à tempore inſtitutionis.*

CAPVT V.

*Fundatores ordinis diui Iacobi ſub obedientia ſunt ab initio commorati, & pro cultura, & cura animarum ſuarum cõiunxerunt ſe clericis religioſis, qui eis ſubminiſtrarẽt neceſſaria in ſpiritualibus.*

CAPVT VI.

*In ordine diui Iacobi omnia bona ſunt communia, & hoc non derogat Euangelicæ perfectioni, & contrarium pertinaciter aſſerere, hæreſis eſt manifeſta.*

CAPVT VII.

*Bona erepta ab hoſtibus per aliquos milites, ſi apud nos habeant verum dominum, eidem ſunt reddenda, ſoluto redemptionis pretio.*

CAPVT VIII.

*Inſtitutum ordinis diui Iacobi eſt in charitate maximè fundatum.*

CAPVT IX.

*Qui ſunt otioſi in aliqua cõmunitate, non merentur commoda illius communitatis accipere.*

CAPVT X.

*Obedientia pro ſui neceſſitate &*

te & dignitate maxima virtu
tum eſt inter morales, & inter
tria vota religionis votum obe
dientiæ eſt præcipuum.

CAP. XI.

Votum paupertatis in reli-
gione importat interiorem ca-
rentiam voluntatis, qua vo-
uens ſponte vult omninò care-
re omni iure pecuniario ſuo,
etiam quatenus eſt inſtrumen-
tum exercendæ virtutis, & ta-
le votum debet eſſe actu exte-
riori patens.

CAP. XII.

Tria vota ſubſtantialia re-
ligionis perfectæ quandoque li-
mitata adhærent ex benigna
interpretatione, & diſpoſitione
Pontificum.

CAP. XIII.

Statuta ordinis diui Iacobi
de petenda licentia à Magi
ſtro pro contrahendo matrimo
nium, & de repelendo repta-
tos ſi non fuerint liberati à re-
ptu iuſtè procedunt.

CAP. XIIII.

Quamuis primus ingreſſus
ad religionem perfici debeat ſi-
ne mora, trāſitus verò de vna
religione ad aliam conſideratè
eſt faciendus.

CAP. XV.

Commoditas ordinis diui Ia
cobi pro exactiſsima vita, in
quocunque religioſo exigenda
maxima eſt.

CAP. XVI.

Capitulum generale, per re-
gulares habendum, habet for-
mam à Concilio Generali La
teranenſi, & eſt multum neceſ
ſarium pro reformatione regu
larium, quibus poſt antiſtites
tribuitur perfectio.

CAP. XVII.

Clerici Canonici regulares
ordinis diui Iacobi obſeruant
regulam canonicā diui Augu-
ſtini, induuntur ſuperpelliceis,
conuentum, & clauſtrum ſub
Priore obſeruant, ſicut obſerua
bant canonici de Lodio, quibus
nobiles viri eiuſdem ordinis
fundatores pro cultura, & cu-
ra animarum ſuarum ſe con-
iunxerunt.

CAP. XVIII.

Numerus de los trece ordi-
nis diui Iacobi eſt pro arbitrio
Papæ poſitus, & non pro ſigni-
ficatione, quòd fuerint terde-
cim eiuſdem ordinis funda-
tores.

CAP. XIX.

Vacatio Eccleſiarum mul-
tum diſpendioſa eſt, multum pe
riculum infert Eccleſis vacan
tibus.

CAP. XX.

Inutilis & pernicioſus præla
tus poteſt amoueri, & amoto
de alio commodo eſt prouiden-
dum Eccleſiæ, quæ ex multis ra
tionibus cenſetur vacans.

CAP. XXI.

Canonici regulares ordinis
diui Iacobi ordinantur præla-
ti, & præpoſiti animarum.

CAP. XXII.

Milites laici ordinis diui
Iacobi tenentur ſoluere deci-
mas conuentibus eiuſdem or-
dinis.

CAP. XXIII.

Habitus religionum in Ec-
cleſia Dei diſcreti ſunt pro ipſa
rum religionum diſtincto pro-
poſito.

CAP. XXIIII.

Otium omnium vaſtatio-
num, & tentationum malarū
eſt incentiuum.

CAP. XXV.

Concordia, & charitas ſunt
præcipua nexa, & vincula qui-
bus, quaſi indiſſolubiliter ane-
ctuntur omnia corpora my-
ſtica.

CAP. XXVI.

Opera charitatis, & miſeri-
cordiæ, quæ exercentur in ordi
ne diui Iacobi.

CAP. XXVII.

Diuiſio ordinis Eccleſiaſtici
in parochos, Epiſcopos, Archie
piſcopos, Patriarchas, & Pri-
mates eſt à tempore Apoſto-
lorum.

CAP. XXVIII.

Præficiendus pro cura ani-
marum multis qualitatibus de
bet eſſe ornatus.

CAP. XXIX.

Multi ſunt priuilegiati
pro tempore interdicti, quo tē-
pore cū multis circūſtantijs eſt
diuinū officium celebrandum.

CAP. XXX.

Quæ ſunt ordinis Epiſcopa-
lis iure ordinario non cōpetunt
non Epiſcopo.

CAP. XXXI.

Priuata oratoria, & dome-
ſtica ſunt erigenda ab ordina-
rio, & viſitanda per ipſum.

CAP. XXXII.

Priuata oratoria non debēt
Eccleſiæ parochiali præiudi-
care.

CAP. XXXIII.

Priuilegium Canonis habet
authorem Innocentium. 2. &
multas declarationes.

CAP. XXXIIII.

Vis, & violentia ſolet fieri
quinque modis.

CAP.

# INDEX CAPIT.

CAP. XXXV.

*Annua ſolutio eſt ſubiectionis inditium.*

CAP. XXXVI.

*Verba futuri temporis ſunt ferendæ ſententiæ.*

CAP. XXXVII.

*Ex grauitate pœnæ arguitur grauitas delicti.*

CAP. XXXVIII.

*Graue eſt incidere in manus Domini, & cauſam ei reſeruari vſque ad vltimum ventilabium.*

CAP. XXXIX.

*Verbum, Amen, importat verum.*

CATHO-

# CATHOLICO REGI PHILIPPO III. MAGNO HISPANIARVM Monarchæ, magno ordinum militarium authoritate Apoſtolica adminiſtratori.

*Doctor Ioannes Ramirez ordinis Diui Iacobi cæleſtis Regni fœlicitatem precatur.*

IN Magno exercitu Rex potentiſſime ſunt nouitij, rudes, & tyrones, qui prima in militia rudimenta ponunt, quos ferre laborem, & cõtemnere vulnus cõſuetudo docet, ſunt manipuli aſtatorum ex flore iuuenum pubeſcẽtium pro primo hoſtium agreſſu, ſunt principaliores ex robuſtiore ætate collecti, & armis maximè inſignes, ſunt triarij poſt hos ſubſequti, ſunt veterani, qui multis annis ſtipendia fecerunt, & diuturnu vſu in re militari exercitati, ad quos à prima acie omnes paulatim deueniunt, & ita vno agmine facto, nullaq; ſpe poſt ſe relicta, vnà omnes in hoſtem procedũt, hæc in exercitu. Et diuus Paulus in magna, inquit, domo non ſolùm ſunt vaſſa aurea, & argentea, ſed lignea, & fictilia, & ſuper fundamentum magni ædifitij nonnullis contingit ædificare ligna, fœnum, & ſtipulam, cùm alij, qui expeditiores ſunt, ędificent aurum argentũ, & lapides precioſos. In ędificatione tabernaculi fuit oblatum aurum, argentum, iacintum, purpura, & alia precioſa: ſunt oblati pili caprarum, peles arietũ, & alia modici pretij, quæ à Domino ſunt comẽdata.

In

In ſenatu nihil tan vulgare, tan paruum agebatur, quod magnis laudibus principum non commendaretur, & Alexander ille cognomento magnus, cuius clariſsima geſta, & ab hiſtoricis, & in ſacris literis traduntur, munuſculum ſibi oblatum magna ſignificatione recepit. Hæ res, & exempla fecerunt, vt ex hac magna domo diui Iacobi hoc perexiguũ opus prodiret, & tibi magno Regi dicatum haberem, & tuo magno nomine honorari, atque illuſtrari ſperarem. Chriſtus Rex regum, & Dominus dominantium te ad annos plures ſeruet incolumen, Amen.

# BVLLA ALEXANDRI TERTII DE CONFIRMATIONE ORDINIS militiæ ſanĉti Iacobi de Spatha.

*ALEXANDER Epiſcopus ſeruus*
*ſeruorum Dei, dilectis filijs Petro Ferdi-*
*nãdo Magiſtro militiæ ſanĉti Iacobi, eiuſ-*
*que fratribus clericis & laicis, tàm præſen*
*tibus, quàm futuris, communem vitã pro-*
*feſsis, in perpetuam rei memoriam. Bene-* Pſalmo.144
*dictus Deus in donis ſuis, & ſanctus in om-*
*nibus operibus ſuis, qui Eccleſiam ſuam noua ſemper prole fœcũ-*
*dat. Et ſicut pro patribus filios in ea facit exurgere, ſic a generatio-*
*ne in generationem notitiam nominis ſui, & lucem fidei Chriſtia-*
*næ diffundit: vt ſicut ante ortum ſolis ſtellæ ſeſe ad occaſum in fir-*
*mamento ſequuntur, ita in eccleſiaſticis gradibus generationes iu-*
*ſtorum (antequàm veniat dies Domini magnus, & horribilis, &*
*tenebras noſtras veri ſolis ſplendor illuminet) per tempora ſibi*
*ſuccedant. Et ſicut multi ſæpe per caudam draconis deijciuntur in* Ioel.c.2.
*terram, ita & per adoptionem ſpiritus quotidiana fiat reparatio*
*perditorum & de profundo inferni ad quærẽda multi cæleſtia eri-*
*gantur: & ita corpora teneantur in terra, vt tanquàm ciues ſan-* Ephe.c.2.
*ctorum & domeſtici Dei cogitatione ac deſiderio conuerſentur in*
*cælis. Hoc ſanè tẽporibus noſtris in partibus Hiſpaniarũ de diui-*
*no factum munere gratulamur: vbi nobiles quidã viri peccatorũ*
*vinculis irretiti, & miſeratione illius, qui vocat ea, quæ non ſunt,*

*tanquam ea quæ ſunt ſuperna gratia ſunt afflati, & tacti ſuper*
Ad Ro.c.4. *multis trāſgreſsionibus ſuis dolore cordis intrinſecùs, & præterito*
*rum agentes pœnitentiam peccatorum, nō ſolum poſſeſsiones ter-*
*renas, ſed & corpora ſua dare in extrema quæque pericula pro Do*
Ioan. c.6. *mino decreuerunt. Et ad exemplum Domini noſtri Ieſu Chriſti,*
*qui ait non veni facere voluntatem meam, ſed eius qui miſit me*
*Patris, in habitu & cōuerſatione religionis ſub vnius magiſtri ſta*
*tuerunt obedientia commorari. Eo vtique moderamine propoſi-*
*tum ſuum & ordinem temperantes, vt quia vniuerſa turba fide-*
*lium in coniugatos & continentes diſtinguitur, & Dominus Ie*
*ſus Chriſtus non ſolùm pro viris ſed & pro fœminis quoque de fœ-*
*mina naſci uoluit, & cum hominibus conuerſari: habeantur in ip-*
*ſo ordine qui cælibem, ſi voluerint, ducant vitam, & conſilium bea*
*ti Pauli ſequantur, qui dicit: de virginibus autem præceptū Do-*
1. Ad Cor. c.3. *mini non habeo, conſilium autem do. Sint etiam qui iuxta inſtitu*
*tionem dominicam ad procreandam ſobolem & incontinētiæ præ-*
*cipitium euitandum, coniugibus ſuis vtantur: & vnà cum eis ad*
*incolatum ſupernæ patriæ de conualle lachrymarum & terrena*
*tranſire peregrinatione nitantur: & lachrymis diluāt & operibus*
*pietatis reatus, quibus ſuper fundamentum ſuum (quod Chriſtus*
*eſt) pro cura carnis & affectibus liberorum, ligna, fœnum, ſtipu-*
*lam, ædificare contingit: cum alij expeditiores & cōtinentes ædifi-*
1. Cor.3. *cent aurum, argētum, & lapides pretioſos. Et iſti tamen, & illi mi*
*litent vni regi, & ſuper vnum fundamentum, cæleſtem vnam ædi*
Pſal.13.8. *ficent manſionem, promiſione Pſalmiſtæ in Domino roborati, qui*
*minora quoque membra Eccleſiæ confortat, & dicit: imperfectū*
*meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur. In ho-*
*rum autem fidelium Chriſti collegio, tu dilecte in Domino fili Pe*
*tre Ferdinande per voluntatem Dei magiſterium ſuper alios*
*& prouidentiam ſuſcepiſti: qui cum quibuſdam fratrum tuo-*
*rum ad præſentiam noſtrā accedens, cum humilitate, quā decuit, à*
*ſede Apoſtolica requiſiſti, vt vos tanquàm peculiares filios in de-*
*fenſionem noſtram & locū in quo caput ordinis factum fuerit, in*
*ius & proprietatē ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ recipere debere-*
*mus. Vnde nos deuotionē veſtrā & bonum in Domino deſideriū*
*atten-*



*attendentes, de communi fratrum noſtrorum conſilio in ſpecia-*
*les & proprios ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ filios vos recipimus:*
*& ordinem veſtrum autoritate Apoſtolica confirmantes, præſen-*
*tis ſcripti priuilegio communimus, ſtatuētes, vt quaſcunque poſ-*
*ſeſsiones, quæque bona in præſentiarum iuſtè & legitimè poſside-*
*tis, aut in futurum conceſsione Pontificum, largitione regum, vel*
*principum, oblatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis patrante Do*
*mino poteritis adipiſci, firma vobis, & veſtris ſucceſſoribus & il-*
*libata permaneant: in quibus hæc proprijs duximus exprimenda*
*vocabulis: Lodium & monaſterium cum cauto & pertinētijs ſuis,*
*Burgum de Ponte Nunij contra Lodium cum ſuis pertinentijs:*
*Creſcente cū cauto & ſuis pertinētijs: Quintaniella de Pedro Fer*
*nandez cum cauto & ſuis pertinentijs: Barria cum cauto & ſuis*
*pertinentijs: Lentamo cum ſuis pertinentijs: Sanctum Saluatorē*
*del Eſtriana, cum cauto & ſuis pertinentijs: Moncont cum cau-*
*to & ſuis pertinentijs: Penagoſſent cum ſuis pertinentijs: Sancta*
*Maria de Pinel, cum ſuis pertinentijs: Vcles cum ſuis pertinētijs:*
*Alfarella cum ſuis pertinentijs: Orella cum ſuis pertinētijs: Mo*
*ra cum ſuis pertinentijs Moraueja cum ſuis pertinentijs: Deci*
*mæ de Valera: & portadgo cum ſuis pertinentijs: Eſtremera cum*
*ſuis pertinentijs, Alcaçar cum ſuis pertinentijs, Almodoua cum*
*ſuis pertinentijs: Larunda cum ſuis pertinentijs: la çarça cum*
*ſuis pertinentijs. Sancimus præterea, ne occaſione antiquæ deten-*
*tionis, ſiue ſcripturæ, quiſquam vobis poſsit auferre, quæ vltra me*
*moriam hominum ſub Sarracenorum detenta ſunt poteſtate: &*
*de munificētia principum ſeu veſtro ſtudio & labore, aut iam ob-*
*tenta ſunt, aut in futurū (auxiliante Dño) poteritis obtinere. Cū*
*enim vnica ſit vobis intētio, & ſingularis cura ſemper immineat*
*pro defenſione Chriſtiani nominis decertare, nec ſolū res ſed perſo*
*nas ipſas pro tuitione fratrū incunctanter exponere: plurimū poſ*
*ſet hoc pium opus, & laudabile ſtudium impediri, ſi labores, & ſti-*
*pendia veſtra quæ in communi proficiunt, præripiantur ab alijs,*
*& otioſi ac deſides, atque in laboribus ſuis, nō quæ Ieſu Chriſti ſed* Phil.c.2.
*quæ ſua ſunt requirētes emolumenta illa perciperent, quæ pro tan*
*tis laboribus vobis & pauperum Chriſti vſibus ſunt prouiſa*

 *dicente*

2. Theſſ. 3. — di cente Apoſtolo: Qui non laborat non manducet. Inter ea ſanè,
quæ in profeßionis veſtræ ordine ſtatutum eſt obſeruari, primum
eſt: vt ſub vnius magiſtri obediētia in omni humilitate atque cō-
cordia ſine proprio viuere debeatis: illorum fidelium exemplum
In actibus Apoſt. c. 2. — habentes, qui ad fidem Chriſtianā Apoſtolorum prædicatione cō-
uerſi, vendebant omnia, & ponebāt prætium ad pedes illorum: di
uidebaturque ſingulis, prout cuique opus erat: neque aliquis illo-
rum, qui poſſederat, ſuum eſſe dicebat: ſed erāt eis omnia commu-
Caſtitas cōiugalis. — nia. Ad ſuſcipiēdam quoque prolem, quæ in timore Domini nutri
retur, & infirmitatis humanæ remediū, iuxta inſtitutionem Do-
mini & indulgentiam Apſtoli qui ait, bonū eſt homini mulierem
non tangere: propter fornicationem autem vnuſquiſque vxorem
ſuā habeat, & ſimiliter mulier virum ſuum: qui continere nequi-
uerit coniugium ſorciatur, & ſeruet inuiolatā fidē vxori, & vxor
Ad Cor. c. 7 — viro, ne tori coniugalis continentia violetur. Si autem viri præ-
mortui fuerint, & relictæ vxores, quæ ordinē ſuſceperunt nubere
voluerint, denuncietur hoc magiſtro, ſiue commendatori, vt cum
illius licentia, cui mulier ipſa vult, nubat, ſecundum verbū Apo
ſtoli dicentis, mortuo viro, ſoluta eſſe intelligitur mulier à lege vi
Ad Cor. c. 7 / Ad Ro. c. 7 — ri, cui vult nubat tamen in Domino. Quod etiam de viris intelli-
gitur obſeruandū: vna etenim vtrique lege tenentur. Statuimus
quoque, vt nullus fratrum ſiue ſororum poſt ſuſceptionē ordinis
veſtri, & promiſſam obedientiam, vel reddire ad ſeculum, vel ad
Ad ſeculū reclufus reditus. — alium ordinem ſine magiſtri licentia audeat ſe tranſferre: cùm
ſint in ordine veſtro loca ſtatuta, vbi quiſque diſtrictius valeat
Ad aliū ordinem ſine magiſtri licentia ne quis trāſeat — conuerſari. Diſcedētem verò nullus audeat retinere, ſed ad ordi-
nem ſuum per cenſurā eccleſiaſticam, qui diſceſſerit, reddire coga-
tur. Vt autem in ordine veſtro cū maiori omnia deliberatione tra
ctentur, ſtatutum eſt inter vos, vt locus aliquis ordinetur, in quo
Capitulum generale. — per ſingulos annos in ſolennitate omnium ſanctorū generale capi-
tulum teneatur, & ſit ibi clericorum conuentus, & Prior, qui illo-
rum & aliorum clericorū, qui de ordine veſtro fuerint, curam poſ
ſit habere: ac fratrum cū neceſſe fuerit prouideat animabus. Sint
Conuentus clericorū. — autem & terdecim in ordine fratres, qui magiſtro cū opus fuerit,
in cōſilio & diſpoſitione domus aßiſtāt, & eligēdi magiſtri curā ha
beant



beant competentem. Prior ſiquidem clericorum, cum magiſter mi
grauerit de hac luce, de domo & ordine ſolicitudinē gerat. Cui ſi- — Electio magiſtri.
cut magiſtro ordinis obedientes exiſtant: donec per prouidentiam
terdecim prædictorum fratrum magiſtri electio celebretur. Is (cū
tranſitus magiſtri fuerit auditus & cognitus) terdecim illos fra-
tres ſine dilatione aliqua conuocabit, & ſi quiſquam eorum infir-
mitate vel alia ex cauſa infra quinquaginta dies adeſſe nequi-
uerit, cum aliorum conſilio, qui præſentes fuerint, alium abſentis
loco conſtituet: vt magiſtri electio ex aliquorum abſentia mini-
mè differatur. Illi verò terdecim fratres (ſi magiſter qui pro tem-
pore fuerit, pernitioſus aut inutilis apparuerit) cum conſilio prio-
ris clericorum, & ſanioris partis capituli maioris domus, corrigen
di aut etiam amouendi eum, habeant poteſtatem. Et ſi inter eum
& capitulum emerſerint quæſtiones, debitum eis finem imponant.
Ne per aliena iudicia, vel dilabatur ordo, vel temporalis ſubſtā
tia dißipetur. In nullam autem ex hoc fratres illi ſuperbiam ele-
uentur, ſed magiſtro ſuo deuoti & obediētes exiſtant. Et ſi quis eo- — Electio fratrum terdecim.
rum ex hac vita tranſierit, vel pro culpa, ſeu alia quacunque fue-
rit occaſione mutādus, magiſter cū conſilio reliquorū maioris par
tis aliū loco eius ſubſtituat. In capitulo autē, quod annis ſingulis
diximus celebrandum, tredecim iſti fratres & commēdatores do
morum, niſi euidens & magna eos neceßitas detinuerit, ad ſtatu-
tum locum incunctanter occurrāt: & cōmuniter tractent quæ ad
profectū ordinis, animarumque ſalutē, & ſubſtētationem corporū
fuerint ſtatuenda: vbi præcipuè ad defenſionē Chriſtianorū intē-
dere moneantur. Et diſtricte præcipiatur vt in Sarracenos nō mū-
danæ laudis amore, non deſiderio ſanguinis effundendi, non terre
narū rerum cupiditate bellū tractent: ſed id tantum in pugna ſua
intendāt, vt vel Chriſtiani ab eorū tueantur incurſu, vel ipſos ad
culturā poſint Chriſtianæ fidei prouocare. Eligantur & tunc viſi-
tatores idonei, qui domos fratrum per anni circulū fideliter viſi- — Viſitatores eligendi.
tent: & quæ ibi digna correctione inuenerint, aut ipſi corrigāt, aut
ad generale capitulum deferant corrigenda. Clerici præterea ve
ſtri ordinis per villas & opida ſimul maneant, & Priori, qui ſuper
eos fuerit ordinatus, obedientes exiſtant & filios fratrum qui

 eis

Clericorũ officia.

eis à magiſtro fuerint commiſsi, inſtruant ſciẽtia literarũ, & fratribus tam in vita, quàm in morte ſpiritualia ſubminiſtrent. Induentur autem ſuperpelicijs, & conuentum & clauſtrum ſub priore ſuo tenebunt, & humiliter facient, quod ab ipſo illis ſecundum Deum fuerit imperatum, vbi fratres quoque, de quibus magiſtro viſum fuerit, conuerſentur, & non ſint otioſi, ſed vacent orationi & alijs operibus pietatis.

Decimas fratres clerici ordinis perſoluant.

Clericis verò de laboribus & alijs bonis à Deo præſtitis, decimæ reddantur à fratribus, vnde libros, & congrua eccleſiarum faciant ornamenta, & in neceſsitatibus corporum conuenienter ſibi prouideant, & ſi aliquid ſuper fuerit, ſecundum prouidentiam magiſtri in vſus pauperum erogetur.

Murmurationes & detractiones euitandæ.

Vt autem concordia inter vos charitaſque ſeruetur, & à peccato detractionis & murmurationis cuncti debeant abſtinere:

Cura fratrũ habenda.

qui commendator in quolibet loco fuerit inſtitutus, pro facultate domus in ſanitate & ægritudine quodcunque opus fuerit cũ ea ſolicitudine ac beneuolentia ſubmiſtret: vt neque in ſubſtantia parcitatem, neque in verbo amaritudinem gerere videatur.

Hoſpitum cura eccleſiarum Prælatis & religioſis honor impendendus & auxiliũ præſtandum.

Sit vobis præcipua cura hoſpitum & indigentium, & neceſſaria illis pro facultate domus liberaliter conferantur. Exhibeatur prælatis eccleſiarum honor & reuerentia, ſub miniſtretur Chriſti fidelibus, canonicis, monachis Templarijs. Hoſpitalarijs, alijſque in ſanctæ religionis obſeruantia poſitis, cõſilium & auxilium: quorumlibet etiam indigentia ſi facultas fuerit ſubleuetur, vt Deus in veſtris glorificetur operibus: & alij, qui viderint, humilitatis & charitatis veſtræ prouocentur odore.

Iura epiſcopalia.

Adhæc adijciendum decernimus, cum ſit locus aliquis, in quo epiſcopus eſſe debeat, ſi in veſtram venerit poteſtatem: ſit ibi epiſcopus, qui cum eccleſijs & clero ſuo deſignatos ſibi reditus & poſſeſsiones & ſpiritualia iura percipiat: reliqua verò cedant in vſus veſtros, & in veſtra diſpoſitione ſine cuiuſquam contradictione perſiſtant. Profectò in parrochialibus ecceleſijs, quas habetis, nolumus epiſcopus ſuo iure fraudari.

Eccleſiæ in locis deſertis.

Si autem in locis deſertis, aut in ipſis terris Sarracenorum de nouo eccleſias conſtruxeritis, eccleſiæ illæ plena gaudeant libertate: nec aliqua per epiſcopos decimarum aut alterius rei exactione grauẽtur. Liceatque vobis per clericos veſtros idoneos eaſdem eccleſias

cum



cum ſuis plebibus gubernare: neque interdicto per Epiſcopos, vel excommunicationi ſubdantur.

Diuina excluſis interdictis, & excommunicatis, tẽpore interdicti, celebrẽtur.

Sed fas ſit vobis, tàm in maiori eccleſia, quæ caput fuerit ordinis, quàm in illis, excommunicatis & interdictis excluſis, diuina ſemper officia celebrare. Præterea ne humanis vexationibus & calumnijs à defenſione Chriſtianorum retrahi valeatis, apoſtolica autoritate decernimus, ne perſonas veſtras, præter Legatũ Apoſtolicæ ſedis à latere Romani Põtificis deſtinatũ, interdicere quiſquã, aut excõmunicare præſumat.

Nec ab aliquo niſi à Rom. Pon. Legato poſſint perſonę excõmunicari, nec familiares.

Quod etiã de familijs & ſeruientibus veſtris ſtatuimus, qui ſtipendia veſtra percipiunt, donec iuſtitiã parati ſint exhibere: niſi fortè talis fuerit culpa, ex qua ipſo facto eccleſiaſticam cenſurã incurrãt.

Cõſecrationes baſilicarum, ordinationes clericorum conſtruere oratoria.

Chriſma verò & oleum ſanctũ, conſecrationes altarium, ſeu baſilicarum, ordinationes clericorum veſtrorũ, qui ad ſacros ordines fuerint promouẽdi, à diœceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem catholicus fuerit, & gratiam atque communionẽ Apoſtolicæ ſedis habuerit: & ea gratis & abſq; vlla prauitate vobis debeat exhibere, alioquin liceat vobis, quẽ malueritis adire antiſtitem, qui noſtra fultus autoritate, quòd poſtulatur, indulgeat. Liceat præterea vobis in locis veſtris, vbi quatuor fratres vel plures fuerint, oratoria conſtruere: in quibus fratres & familiæ veſtræ tantum & diuinum audire officium, & Chriſtianã poſsint habere ſepulturam. Ita enim volumus neceſsitati veſtræ conſulere, vt non debeant ex hoc adiacentes eccleſiæ iniuriã ſuſtinere.

In generali interdicto.

Cùm autẽ generale interdictũ terræ fuerit, liceat vobis clauſis ianuis, excluſis excõmunicatis & interdictis, non pulſatis cãpanis, ſuppreſſa voce, diuina officia celebrare.

In ledentes fratres.

Nihilominus præſenti decreto ſancimus vt ſi quis in aliquẽ veſtrum, fratrũ videlicet vel ſororũ violẽtas manus iniecerit, excommunicationis ſentẽtia, ſit adſtrictus.

Cap. Siquis ſuadẽte. 17. quæſtio. 4.

Et illud idem pro tutela veſtra, tàm in ſententia quàm in pœna ſeruetur, quod ſub fœlicis memoriæ Papa Innocẽtio prædeceſſore noſtro de tuitione clericorum generali Concilio noſcitur inſtitutum.

Contra fratrum poſſeſſiones auferentes aut perturbantes.

Decernimus ergo vt nulli hominum liceat iura vel poſſeſsiones veſtras temerè perturbare, aut bona veſtra auferre, vel ablata retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia & integra conſeruentur eorum, pro quorum guberna-

 tione

*tione & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura, ſalua ſedis Apoſtolicæ auctoritate. Ad indicium autē huius à ſede Apoſtolica perceptæ liberalitatis decem Malachinos nobis noſtriſq́ue ſucceſſoribus annis ſingulis perſoluetis. Si qua igitur eccleſiaſtica, ſecularis vè perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginā ſciens, contra venire tentauerit, ſecundò, tertio vè, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione reuocauerit, poteſtatis honoriſq́ ſui dignitate careat, reamq́ue ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat: & à ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena ſit, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem vobis veſtra iura ſeruātibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & ij fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amē. Vias tuas Domine demonſtra mihi. Sanctus Petrus, Sanctus Paulus. Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. Ego Gualterus Galuan Epiſcopus. Ego Ioannes presbyter Cardinalis Sanctorū Ioannis & Pauli, tituli Pamachij. Ego Ioannes presbyter Cardinalis, tituli ſanctæ Anaſtaſiæ. Ego Albertus presbyter Cardinalis tituli ſancti Laurentij in Lucina. Ego Boſſo presbyter Cardinalis ſanctæ Prudentianæ, tituli Paſtoris. Ego Manfredus presbyter Cardinalis tituli ſanctæ Ceciliæ. Ego Petrus presbyter Cardinalis tituli ſanctæ Sabinæ. Ego Iacintus Diaconus Cardinalis ſanctæ Mariæ in Coſmedim. Ego Corditio Diaconus Cardinalis Sācti Theodori. Ego Cinthius Diaconus Cardinalis Sācti Adriani. Ego Vitellus Diaconus Cardinalis ſanctorum Sergij & Bacchi. Ego Laborans Diaconus Cardinalis ſanctæ Mariæ in Porticu. Ego Ramerius Diaconus Cardinalis ſancti Georgij ad Velū aureum. Ego Viuianus Diaconus Cardinalis ſancti Nicolai in carcere Iuliano. Datis Ferentin per manum Gratiani ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconi & Notarij, tertio nonas Iulij, indictione octaua, Incarnationis Dominicæ, Anno Milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quinto: Pontificatus verò domini Alexandri Papæ tertij, Anno ſextodecimo.*

Penſio Romanæ eccleſiæ quot annis perſoluenda.

Pſalm. 24.

*BVLLA*



# BVLLA ALEXANDRI TERTII DE CONFIRMATIONE ORDINIS MILITIAE S. IACOBI.

## EX CAPITE SEQVENTI.

1 *ALEXANDER Tertius nomine, numero autem Pontificum centeſimus ſeptuageſimus ſextus fuit electus anno Domini, milleſimo centeſimo quinquageſimo nono.*

2 *Alexander tertius confirmauit ordinem diui Iacobi anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quinto, & decimo ſexto ſui Pontificatus.*

## SVMMARIVM.

*ALexander tertius quo anno fuit creatus, & quot annis fuerit in Pontificatu, & quo anno ſui Pontificatus confirmauerit ordinem diui Iacobi.*

## CAPVT PRIMVM.

IBI. *ALEXANDER.* Iſte dominus Alexāder tertius nomine, numero autē Pontificum cēteſimus ſeptuageſimusſextus, electus ſub anno Domini, milleſimo cēteſimo quinquageſimo nono, confirmauit hūc ordinem, anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quinto, decimoſexto anno *Num. 1.*
ſui Pontificatus, in quo fuit viginti vno annis, vndecim menſibus, & tribus diebus: vt refert frater Pineda in ſua Monarchia. lib. 20. c. 27. §. 2. fol. 272. cap. 30. §. 1. *Num. 2.*
fo. 278. lib. 25. c. 7. fo. 84.

## EX CAP. SEQVENTI.

1 *EPiſcopus ab officio dicitur ſuper intendens & ſpeculator.*

2 *Nomen Epiſcopus pro cōſiderante, & inſpiciente receptum eſt in veteri teſtamento.*

3 *Archadius conſultus agnouit nomen Epiſcopi pro inſpectore & prouidente.*

## SVMMARIVM.

*NOmē Epiſcopus pro inſpectore, ſpeculatore, & proſpiciente receptū eſt in veteri teſtamēto, & in iure ciuili.*

## CAPVT. II.

IBi. *Epiſcopus.* Epiſcopus indè dictus eſt, quòd ille qui efficitur *Num. 1.*

 Epiſco-

Epiſcopus,ſuper intendat curam gerens ſubditorum, & Epiſcopi Græcè, Latinè ſpeculatores interpretantur,nam ſpeculator eſt prępoſitus in eccleſia, ideò dictus quòd ſpeculetur,& proſpiciat populorum infra ſe poſitorum mores, & vitam, vt poteſt colligi ex eo,quod legitur Ezechielis.3.Filij hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael. Et nomen Epiſcopi pro conſiderante, inſpiciente, & ſpeculatore receptum eſt in veteri Teſtamento, Eſdræ.2.c.11.in fine,ibi.Et Epiſcopus Leuitarum: & in lib. Pſalmorum, Pſalm. 108. Epiſcopatum eius accipiat alter,

Num.2. vbi Gloſſa Ordinaria inquit. Sic in veteri Teſtamento nomen Epiſcopatus inuenitur primò & refertur Actuum Apoſtolorum primo: vbi interlinearia Epiſcopatum interpretatur,ſpeculationem,vel ſuperinſpectionem, & ſub hoc nomine Epiſcopi Chriſtus Dominus vocatur, Ad Epheſ. 4. Paſtor & Epiſcopus animarum. Et.1.Canonica Petri.c.2.Optima Apoſtolica conſtitutio. 6. 1. tomo Conciliorum,pagina.68.& conſtitutione.26.1.tomo Conciliorum.pag. 78. bonus textus in cap. cleros. §. Epiſcopus. 21. diſtinctione. Et iſta denominatio Epiſcopi à ſuperinſpectione ſumitur etiam ab Archadio Conſulto, in.l. final. ff. de muneribus & honoribus.

Num. 3. Ibi Epiſcopi qui præſſunt pani, & cæteris venalibus rebus, quem locum ad propoſitum notat Andræas Alciatus. lib. 7. Parergon. capit. 22. Ex hoc igitur nomine, quòd Epiſcopus ſpeculator eſt,& ſemper in alto ſtat, vt quicquid venturum eſt longè proſpiciat, cuius vita alta debet eſſe,& circūſpecta, vocatur Papa Epiſcopus in ſuis Bullis,quia in mentis altitudine ſedet, & vocabulum nominis ex virtute actionis trahit, authore diuo Gregorio, relato à Gloſſa ordinaria Ezechielis.c.3.

EX CAP. SEQVENT.

1 *Clauſula ſeruus ſeruorū Dei tribuitur, tanquā authori, Gregorio Magno, ſexageſimoſexto Pontifici à beato Petro.*

2 *Clauſula ſeruus ſeruorum Dei, conſueta apponi in bullis Pontificeis, habet fundamentum in Euangelio.*

SVMMARIVM.

*Clauſula ſeruus ſeruorum Dei cui, tāquàm authori, tribuatur, & ex qua parte Euangelij ſumatur.*

CAPVT III.

*Ibi. Seruus ſeruorum Dei.* Hęc clauſula conſueta apponi in Bullis Pontificeis tribuitur Gregorio Magno,ſexageſimoſexto Pontifici à beato Petro,vt refertur in ſu praſcriptione.c.Saluator. 1.q.3. Num.1.
& in cap. Pictacium.30.q.3.Innocentius.3.in cap.relatum, de ſententia excommunicationis, ſub hoc nomine ſeruus ſeruorū Dei, ſeipſū nominat:& fortè hæc clauſula habuit ortum ab eo,quod legitur



gitur Matthæi.20.Quicunque voluerit inter vos maior fieri,ſit veſter miniſter, & qui voluerit inter

Num.2. vos primus eſſe,erit veſter ſeruus, ſicut filius hominis non venit miniſtrari,ſed miniſtrare, ſignificando Chriſtus Dominus,quòd in Eccleſia ſua cū ſupremo titulo principatus ineſſe debet infimus ſeruitutis, vt ſic ſuppremus in officio, ſit ſupremus in virtute perſonali, incluſa ſub nomine ſeruitutis, reconcilians ima ſummis, vt notat frater Pineda in ſua Monarchia in præfactione.§.8.

EX CAP. SEQVENT.

1 *Petrus Ferdinandus, Magiſter ordinis diui Iacobi, fuit primus Magiſter à tēpore confirmationis, non tamen à tempore inſtitutionis.*

2 *Ferdinandus primus anno decimo tertio ſui Regni, qui fuit annus milleſimus trigeſimus, ſupponit ordinem diui Iacobi fundatum.*

3 *Tempore fundationis ordinis diui Iacobi licebat abſque ſpeciali approbatione Papæ, ordinem, & religionem fundare.*

4 *Concilium Lateranenſe prohibens ordinem fundari, abſque ſpeciali approbatione Papæ ex ſpeciali cauſa, non comprehendit ordines anteà fundatos.*

5 *Pauperes de Lugduno ordinem religioſum, quem inſtituerunt, non habuerunt confirmatum à Papa propter admixtas ſuperſtitiones.*

SVMMARIVM.

*Petrus Ferdinandus, Magiſter militiæ ſancti Iacobi, fuit primus Magiſter huius ordinis à tempore confirmationis, non tamen à tempore inſtitutionis.*

CAPVT IIII.

*Ibi. Dilectis filiis Petro Ferdinando Magiſtro militiæ ſancti Iacobi.* Iſte fuit primus Magiſter huius ordinis à tempore confirmationis, nō Num.1.
tamen à tempore inſtitutionis, vt refertur inter ſtatuta huius ordinis,fol.15. col.2.& manifeſtatur ex priuilegio Regis Ferdinandi primi, qui cæpit regnare anno Domini,milleſimo decimo ſeptimo, & thenor priuilegij eſt ſubſequens.

DON Fernando por la gracia de Dios, Rey de Caſtilla, de Leon, y Galicia, y Prouincias de Portugal, ſeñor delas Vizcayas. A vos nueſtros amados fijos, don Sancho, don Alonſo, y don Garcia: y à vos las Infantas nueſtras fijas, doña Vrraca, y doña Eluira: y a vos los caualleros, Condes, y ricos homes, Maeſtres, y Comendadores, y Prelados dellas ordenes, y a toda lla otra gente a quien eſta nueſtra carta fuere moſtrada, ſalud y gracia. Sepades, que en lla batalla que nos ouimos con llos Moros, cerca de Sanctiago, que llaman à Cōpoſtella, nos fue moſtrada vna viſion crara, en que nos mādo, que el primer cauallero della encomienda de Sanctiago, de aquellos caualleros (que ſu voto hauian tomado)

*Thenor Priuilegij Ferdinādi primi.*

mado) murieſſe, q̃ lla tierra y llo-
gares, y renta, ſe dieſſe para el cō
uento y monjas de Sanctiſpiritus
della orden dellas religioſas de
ſanta Ana de la ciudad de Salamã
ca: y que lla que fueſſe Abbadeſſa
ſe llamaſſe Comendadora: y que
para ſiẽpre jamas anſi fueſſe, que
por ſus oraciones y ruegos hauia
mos acabado con Dios, que lla
fuerça dellas armas, ni ſoberuia,
(que es lla ſoberuia lla que Dios
mas aborrece) no nos empezca: y
que ſi aſsi lo prometia, que el me
faria victorioſo. Y otro tanto fue
dicho al Maeſtre y gouernador
dela orden (aũque pobre) deſſeo-
ſo del ſeruicio de Dios: y por ga-
nar prez y honra ſe llo prometi-
mos. Porque os mandamos, que
agora, ni de aqui adelante, nay de
no ſea oſado a poner Comenda-
dor, ni dalle lla encomiẽda del Ca
ſtiel della Atalaya, con ſu llagar y
terminos, y del Caſtiel de Pallo-
mera, con ſus llogares y caſerias,
y majadas, y cotos, ſegũ que llos
ſolian gozar llos otros Comenda
dores, a quien aquella encomien
da era dada: que de Dios y del
Apoſtol nos fue mandado, que
aquella encomienda fueſſe dada a
aquellas monjas ſanctas, que an-
tes que la batalla fueſſe comença-
da, murio de vna ſaeta Aluar San-
chez, el que ſo encomienda la te-
nia. Y pues Dios tãta merced nos
hizo, queremos que ſea lla renta
y encomienda del monaſterio y
conuento de Sanctiſpiritus de Sa
lamanca, y que lla Abbadeſſa ſe
llame Comendadora: y porque
en ſu orden a Dios haze ſeruicio,
y de ſu oracion es contento, que-
remos y es nueſtra merced, que
lla Comendadora no ſea tenuda a
ſalir de ſu orden, a llamamiento
nueſtro, ni de ſu Maeſtre, ſi ella
non querra: y ſi a viſitar ſu enco-
mienda querra hagallo, y ponga
ſeſineros y mayordomos como
bien querra, y mas lla eſcuſamos
de todo llamamiẽto, anſi de guer
ras, como de juntas. Y queremos
q̃ ſu encomienda ſea muy releua-
da de todos pechos, ſon ſus diez-
mos a Dios, que vienen a ella, y el
ſeñorio. Y por eſta carta de mer-
ced, y mandamiẽto de Dios, que-
remos que anſi ſea: y mandamos
a don Sancho, y a don Alonſo, y
a don Garcia, y a qualquiera de
mis fijas que hereden nueſtros
Reynos, que lles guarden a llas
monjas eſta nueſtra carta de man
dado y merced, ſo lla pena de la
nueſtra merced y maldicion, y de
Dios que nos llo mando: y que
ſiempre tengan en coraçon de ha
zer mercedes aquellas hermanas
y monaſterio del Eſpiritu ſancto.
Y por mas cierto les dimos eſta
nueſtra carta de Priuilegio roda-
do, y ſellada con nueſtro ſello, y
firmada de nueſtro nombre. Da-
da y otorgada, a quinze dias del
mes de Nouiẽbre, de mil y treyn-
ta años.

EL REY.

Anno



ANno igitur decimotertio ſui
regni, qui fuit annus milleſi-
Num. 2. mus, trigeſimus, Ferdinandus pri
mus iam ſupponit hunc ordinem
fundatum, iam ſub vnius Magiſtri
obedientia milites huius ordinis
religioſè commorari, & dico reli-
gioſè cum domino Alexandro in
hac ſua Bulla ibi in habitu, & con
uerſatione religionis ſub vnius
Magiſtri obedientia commorari,
& quidem hoc tempore licebat
Num. 3. abſque ſpeciali approbatione Pa
pæ cùm eſſet antè Concilium La-
teranenſe, de quo in cap. finali. de
religio. domibus. & in. c. vnico,
eo. tit. lib. 6. & in Extrauaganti. 1.
eod. tit. Ioann. 22. ante quæ iura
nullus prohibebatur religionis
cauſa collegium habere, tametſi
alia collegia nemo niſi habita li-
centia inſtituere poſſet. l. 1. §. 1. ff.
de collegijs illicitis. l. 3. §. 1. ff. eo.
tit. quibus locis Doctores, & in
Num. 4. c. final. de religio. domi: hinc vi-
demus, venerabiles & ſanctos pa
tres Antonium, Baſilium, Augu-
ſtinum, & Benedictum, Religio-
nes fundaſſe, nec vllam legitur à
Papa approbationem quęſiuiſſe,
quia nullum erat tunc ius eccleſia
ſticũ id præcipiens, cauſa enim cō
dendi noui iuris Lateranẽſis fuit,
quòd ad annum circiter milleſi-
mum, centeſimum, pauperes de
Lugduno, ordinem quẽdam reli-
gioſum inſtituerũt, multis admix-
tionibus, ſuperſtitionibus, & hæ-
reſibus, quò circa à Lutio tertio,
& Alexandro tertio, cum ſuo or-
dine ſunt damnati, nec poſtmodũ
reſtituti ab Innocentio tertio,
apud quem inſtantiam magnam
fecerunt pro reſtitutione: horum
igitur occaſione Innocentius ter
tius fecit ſtatutum conciliare, de
quo in dicto capitulo finali de reli
gio. domibus, vt refert Belarmi-
nus, lib. 2. de monachis. c. 4. pag.
1213. Marcus Antonius de inſtitu
tionibus maiorum, lib. 3. de regu-
laribus. tit. 1. à num. 46. pag. 240.
Hoc generale Concilium Latera-
nen. fuit celebratum, anno Domi-
ni, milleſimo ducenteſimo deci-
mo quinto, & refertur. 4. tomo.
pag. 218. ac proindè illibatam re-
liquit huius ordinis inſtitutionẽ,
ſicut Antonij, Baſilij, Auguſtini,
& Benedicti, qui ante præfatum
Concilium religiones fundarũt,
à Papa nulla approbatione quę-
ſita, quia vt reſoluimus nullum
erat ius tunc, id præcipiens.

EX CAP. SEQVENTI.

1 *Fundatores ordinis diui Iacobi ſub obedientia ſunt commorati, & religioſè vixerunt vſque ad tempora Alexandri tertij.*

2 *Fundatores ordinis diui Iacobi pro cultura, & cura animarum ſuarum coniunxerunt ſe clericis religioſis, qui eis ſubminiſtrarent neceſſaria in ſpiritualibus.*

3 *Alexander tertius confirmauit ordinem diui Iacobi, ſub communi vita clericorum, & laicorum.*

4 *Alexander tertius confirmauit ordinem diui Iacobi clericorum, & laicorum*

rum

rum ſub figura, & nomine corporis my
ſtici ad inſtar, & ſimilitudinem corpo-
ris naturalis.

5 Homines diuerſæ profeßionis diffi-
culter ſub vna communi vita, & regu-
la commorantur.

6 Papa in confirmando aliquam reli-
gionem non poteſt errare: quia talis con
firmatio pertinet ad legem de moribus.

7 Papam non poſſe errare circa ea,
quæ pertinent ad legem de moribus, cō-
probatur multis exemplis.

8 Concilium generale Lateranenſe,
ſtatuens ne vllus nouus ordo inſtituere
tur abſque approbatione Papæ, legem
poſuit in futurū pro approbatione religio
nis petenda à Papa, non tamen indicat,
in tali approbatione errare poſſe Papā.

9 Papa in approbando aliquam reli-
gionem, & in ſtatuendo aliquid de per
tinentibus ad fidem, & ad legem de mo
ribus magnam conquiſitionē facit, mul-
tum tractatum præmitit.

10 Papa nullatenùs errare poteſt in cō
firmando aliquam religionē quantū ad
ea, quæ ſibi proponuntur verbo, aut ſcri
pto, quæ pertinēt ad veritatē doctrinæ.

11 Papa ordinem diui Iacobi confirma
uit poſt longum ſtudium, examem, &
tractum habitum cum ſuis ſanctis, &
diſcretis perſonis.

12 Ordo diui Iacobi inſtitutus eſt in
magnam claritatē, & purum fidei ſplen
dorem in defenſionem ſanctæ, & Ca-
tholicæ matris Eccleſiæ.

13 Ordo diui Iacobi clericorum, &
laicorum ſub vnius Magiſtri obedien-
tia commorantium, ſectionē inter ipſos
non patitur, cùm vna, eademque res
non debeat diuerſo iure ſenceri.

14 Papa habet authoritatem diſcernē-
di, & definiendi modos conuenientes,
quibus ſtatus religionis vtiliter promo-
ueatur, & conſeruetur in Eccleſia Dei.

15 Inter reliquos modos conuenientes,
quibus ſtatus religionis vtiliter promo-
uetur, eſt modus debellādi aduerſarios
Eccleſiæ Dei.

16 Profeſsio regularis facta alicui de
religionibus per ſedem Apoſtolicam ap-
probatis facit profitentem regularem.

17 Clauſula in ſpeciales, & proprios ſa
croſanctæ Romanæ Eccleſiæ filios vos
recipimus, explicatur per Innocentium
quartum, in capitulo primo de verborū
ſignificatione, libro ſexto.

18 Ordo diui Iacobi prebuit occaſionē
deciſioni textus, in capitulo primo de
verborum ſignificatione, libro ſexto.

19 Milites laici ordinis diui Iacobi
ſunt preuilegiati preuilegio Fori, & pre-
uilegio Canonis.

20 Bulla Cruciata ſpeciali ratione oſtē
dit milites ſeculares ordinum militariū
eſſe perſonas regulares.

21 Capitulum cùm ad monaſterium de
ſtatu monachorum, in illis verbis abdi-
catio proprietatis, ſicut & cuſtodia caſti
tatis adeò eſt anexa regulæ monachali,
vt contra eam neque ſummus Pontifex
poßit licentiam indulgere, non infert in
potentiam indulgendi, ſed difficultatē,
qua ſolet à Papa indulgeri.

22 Verba diui Thomæ, ſecunda ſecun-
dæ quæſt. 186. art. 4. ad tertium. aptiſ-
ſimè aptantur tertio ordini diui Fran-
ciſci, inſtituto pro viuentibus in coniu
gio maribus, & fœminis.

23 Tres ordines diui Franciſci ſolent
communiter numerari: primus fratrū
Mi-



Minorū: ſecūdus ſanctæ Claræ: tertius,
pro viuētibus in cōiugio maribus, & fœ
minis, qui habēt proprium in ſingulari.

24 Perſonæ tertij ordinis diui Fran-
ciſci, nec caſtitatem, nec paupertatem ob
ſeruant, ac pro indè immunitate non
gaudent, ſed reputantur in omnibus, vt
ſeculares.

25 Verba diui Thomæ, ſecunda ſecun-
dæ quæſt. 88. art. 11. ibi, eſt autem debi
tum continentiæ eſſentiale ſtatui reli-
gionis, &c. Iſta verba dicta ſunt pro ex
cludenda potentia diſpenſandi ſuper vo
to continentiæ, quam tamen potentiam
ex graui, & iuſta cauſa multi viri do-
cti admittunt.

26 Probabile eſt inter Doctores iuris
pontificei Papam ex iuſta & graui cau-
ſa, poſſe diſpenſare ſuper voto ſolenni
continentiæ.

27 Laudabilius eſt criminibus obiare,
quàm propter crimina communitatem
aliquam funditùs euertere.

28 Diuus Auguſtinus quantumlibet
euigilabat ſuper diſciplina domus ſuæ,
ſibi arrogare non audebat, quòd melior
eſſet, quàm aroa Noe.

29 Defectus noſtri temporis, & æta-
tis, quibus non ſolùm merita, ſed corpo-
ra ipſa hominum defecerunt, diſtrictio-
nis antiqui temporis non patitur ma-
nere cenſuram.

30 Milites ordinis diui Iacobi hodiè,
ſicut in prima ſua inſtitutione, nō ſolùm
nonnullæ clauſuræ genus, ſed multam
clauſuram colunt, multaque opera obe-
dientiæ faciunt.

SVMMARIVM.

FVndatores ordinis diui Iacobi, ſub
obedientia ſunt ab initio commora-
ti, & pro cultura & cura animarū ſua-
rum coniunxerunt ſe clericis religioſis,
qui eis ſubminiſtrarent neceſſaria in ſpi
ritualibus.

## CAPVT V.

IBi. Eiuſque fratribus clericis, & lai-
cis, tàm præſentibus, quàm futuris
communem vitam profeßis. Pro hac
communi vita inter clericos, &
laicos huius ordinis, referemus
eius initia, & laudanda principia
cum domino Alexandro in hac
ſua Bulla confirmationis: nobiles
inquit, quidam viri peccatorum
vinculis irretiti, & miſeratione il-
lius, qui vocat ea, quæ non ſunt,
tanquàm ea, quæ ſunt, ſuperna
gratia ſunt afflati, & tacti ſuper
multis tranſgreſsionibus ſuis, do-
lore cordis intrinſecùs, & præte-
ritorum agentes pœnitētiam pec
catorum, non ſolùm poſſeſsio-
nes terrenas, ſed & corpora ſua
dare in extrema quęque pericula
pro Domino decreuerunt, & ad
Num. 2. ſi non virtute bellica, ſed commercio, dato redemptionis pretio res aliena fuerit per noſtros à Sarracenis, & alijs hoſtibus redempta, prior dominus eam poterit repetere, ſoluto tamen redemptionis pretio, & non aliter, optimus textus, in l. ab hoſtibus. 2. C. de captiuis, melior textus in l, in bello. §. ſi quis ſeruum. ff. eodem titulo. reſoluit Cobarru. in regula peccatum. 2. parte. §. 11. numero. 7. Martinus Laudenſis, de bello, quæſtione. 13. tomo. 16. folio. 324. Franciſcus Arias, de bello, numero. 162. tomo. 16. fol. 333. Magiſter Vañes. 2. 2. quæſt. 40. art. 1. pag. 1375.

## EX CAP. SEQVENT.

1 *Inſtitutum ordinis diui Iacobi, charitate flagrans, in defenſione Chriſtiani nominis intuitione fratrum conſtitutum.*

2 *Martyrium inter omnes actus virtuoſos maximè demonſtrat perfectionē charitatis.*

SVMMARIVM.

*Inſtitutum ordinis diui Iacobi eſt in charitate maximè fundatum.*

## CAPVT VIII.

Ibi. *Cùm enim vnica ſit vobis intentio, & ſingularis cura ſemper immineat pro defenſione Chriſtiani nominis decertare, nec ſolum res, ſed perſonas ipſas pro tuitione fratrum incunctanter exponere.* Quæ verba transferuntur in regulam huius ordinis, cap. 9. ibi. Porque la intencion de todos es defender la ley de Chriſto y de ſus fieles, y eſto prometieron todos, y mas place a Dios la obediencia que el ſacrificio, ſi algunos de los freyles ſe quiſieren abſtener de las viandas, y quiſieren hazer otras mayores abſtinencias de las ſuſodichas, hagan las ſegun la prouidencia del Maeſtre, en manera, que por ello no dexen la defenſion, y ſeruicio de la Chriſtiandad, porque nueſtro Redemptor Ieſu Chriſto aſſi nos amoneſtò, y inſtituyò por ſu exemplo, el qual quando hauia de poner ſu anima por ſus amigos, dixoles: No ay mayor amor ni charidad, que poner ſu anima por ſus amigos: mucho mas es y mas difficil coſa poner ſu cuerpo a grandes y muchos peligros por ſus proximos, que eſtando en caſa ocioſo y en repoſo, atormētarlo y enflaquecerlo cō muchas afflicciones, y abſtinencias. Et cap. 10. eiuſdem regulę: agora caualleros de Chriſto deſpertad, y alançad de voſotros las obras de las tinieblas, y veſtid os de las armas de la luz, porque el enemigo vueſtro antiguo aduerſario, no vos pueda engañar, el qual anda al derredor buſcando a quien haga pecar, y ſe eſſuerça en muchas maneras, para vos retraer de la carrera de la juſticia, y de la ſenda derecha de la verdad. Nunca deſiſtays dela defenſion de vueſtros fieles, y proximos, y de la madre Yglefia: ninguna coſa ay tan glorioſa ni mas agradable ante Dios, que por defenſion, y conſeruacion de ſu ley eſcoger, fenecer ſu vida por cuchillo, ò fuego, ò agua, ò captiuidad, ò por otros qualeſquier peligros, que pueden acontecer. Y aſſi freyles muy amados vos conuiene por muchas tribulaciones, entrar en el Reyno de Dios, y alcançar aquella bienauenturança que prometio a los que lo aman: la qual ni ojo vido, ni oreja oyo, ni coraçon de hombre pudo penſar ni ſaber. De donde ſe ſigue, que ſi alguno enflaqueciere ſu cuerpo, ò por poco comer, o por grandes ayunos, y las fuerças ſuyas le deſfallecieren para la defenſion de la ley de Dios, y de los proximos, ſepa que hizo muy mal, y ſera culpado en juyzio delante de Dios: que para ſuffrir tales trabajos continuos, nos mueſtra la ſagrada Eſcriptura exemplo en Helias, que el Angel vino a el y le puſo debaxo de la cabeça el pan cozido ſo la ceniza, y le dixo: Leuantate y come, que gran camino has de andar. Y nueſtro Señor en el Euangelio, huuo miſericordia de las compañas que vinieron a el, y no los quiſo embiar ayunos a ſus caſas, porque no enflaqueciessen y deſſalleciessen en el camino, & cap. 11. El freyle que es defenſor todas las coſas haze y cumple que nueſtro Señor ha de dezir a los juſtos el dia de ſu temeroſo juyzio, porque dira: Tuue hambre y diſteys me a comer: tuue ſed, y diſteys me a beuer: y aſſi de las otras obras de miſericordia, que quando el defenſor libra alguno de la captiuidad de los paganos, ò defendiendole haze que no lo lleuen en captiuidad, entonces da de comer al ambriento, y de beuer al ſediento, y viſte al deſnudo, y viſita al doliente, y al que eſta en la carcel, quiē puede hauer mas hambres, ò mas ſed, ò eſtar mas deſnudo, ò mas enfermo, pueſto en mas dura carcel, que el que eſta captiuo, detenido en poder de los Moros? Ex præcedentibus patet, fœliciſſimum huius ordinis inſtitutum, Num. 1. pro defenſione Chriſtiani nominis decertare, non ſolùm res, ſed perſonas ipſas pro tuitione fratrum incunctanter ponere, quod totū eſt vinculum perfectionis, & maior charitas, quàm reperiri poteſt

teſt dicit authoritas Euangelica Ioann.15.Tranſumpta in regulã, eſt tandem opus martyrij, quaſi incluſum ſub ſolẽni profeſsione, & inſtituto huius regulæ, iuxta ea, quæ dicit Diuus Auguſtinus de martyrio, in lib. de ſancta virginitate, capit.46. circa finem, tomo.6. Sanctus Thomas. 2.2. quęſtione, 124. articulo, 3. pagin. 580. ibi. Martyrium autem inter omnes actus virtuoſos maximè demonſtrat perfectionem charitatis, quia tantò magis oſtenditur aliquis aliquam rem amare, quantò pro ea rem magis amatam cõtemnit, & rem magis odioſam elligit: manifeſtũ eſt autem, quòd
Num.2. inter omnia alia bona præſentis vitæ maximè amat homo ipſam vitam, & è contrà maximè odijt ipſam mortem, & ſecundum hoc patet, quòd martyrium inter cęteros actus eſt perfectius ſecundum ſuum genus, quaſi maximæ charitatis ſignum, ſecundum illud Ioannis, decimoquinto: Maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam ſuã ponat quis pro amicis ſuis, quæ eſt authoritas noſtræ regulæ, ac ſubindè authoritatis perfectio non debet ei denegari: & liceat mihi dicere cum domino Alexandro hanc noſtram religionem ſine inſtituti exſcelere, & ponere ſe ſupra ſe.

EX CAP. SEQVENTI.

1 *OTioſi, ac deſides in communitatibus ſunt ſicut in alueari apium vulgò Zanganos.*

SVMMARIVM.

*QVi ſunt otioſi in aliqua communitate non merentur commoda illius communitatis accipere.*

CAPVT IX.

*IBi. Plurimum poſſet hoc pium opus, & laudabile ſtudium impediri, ſi labores & ſtipendia veſtra, quæ in communi proficiunt, præripiantur ab alijs, & otioſi, ac deſides atque in laboribus ſuis non quæ Ieſu Chriſti, ſed quæ ſua ſunt requirentes emolumenta illa perciperent, quæ pro tantis laboribus vobis, & pauperum Chriſti vſibus ſunt prouiſſa, dicente Apoſtolo: Qui non laborat, non manducet.* Multum laborat Papa in præfatis verbis pro profligandis iſtis otioſis ac deſidibus à noſtra religione, ſicut pugna forti profligantur à quacumque cõmunitate, quia tales otioſi, ac deſides ſunt ſicut in alueari apium, vulgò Zanganos, apes ſcilicet quædam longiores, quæ nimis comedunt de melle, nec tamen mellificant, nec laborant, & ideò aliæ apes breuiores pugnant contra eaſdem longiores, vulgò Zanganos pugna forti vſque ad expulſionem de alueari, vt refert Petrus Berchorius, in redu- Num.1.



reductorio moralium, lib. 10. capit. 6. de apibus, num. 26. vbi cõcludit diſputationem cum authoritate Pauli. 2. ad Theſſalon. 3. cũ qua ſimiliter concludit Pontifex hanc ſuam clauſulam.

EX CAP. SEQVENT.

1 *INter tria vota, quæ pertinent ad regularis vitæ perfectionem, primum locum habet votum obedientiæ.*

2 *Obedientia pro ſui neceſsitate, & dignitate eſt præcipua, & maxima inter virtutes morales.*

3 *Obedientiæ votum eſt præcipuum inter tria vota religionis, quia per tale votum aliquid maius offert homo Deo, ſcilicet ipſam voluntatem, quæ eſt potior quàm corpus, quod offertur per continentiam, & potior quàm res, quæ offeruntur per paupertatem.*

4 *Votum obedientiæ, quod fit ſecundum regulam monachalem, vel aliam à Sede Apoſtolica pro religione approbatam, facit regularem, & religioſum vouentem.*

5 *Pro vera religione alicuius præſtari debet votum obedientiæ cum certis qualitatibus.*

SVMMARIVM.

*OBEDIENTIA pro ſui neceſsitate, & dignitate, maxima virtutum eſt inter morales, & inter tria vota religionis votum obedientiæ eſt præcipuum.*

CAPVT X.

*IBi. Inter ea ſanè, quæ in profeſsionis veſtræ ordine ſtatutum eſt obſeruari, primum eſt ſub vnius Magiſtri obedientia in omni humilitate, atque concordia ſine proprio viuere debeatis.* Papa in ijs verbis, quaſi epilogando quæ ad ſubſtantiam vitæ regularis pertinent, ea ad oculum demonſtrat in profeſsionis noſtræ ordine: & primum, inquit, eſt, vt ſub vnius Magiſtri obedientia viuere debeatis, & dicit primum, vt aduertamus, quòd inter tria vota, quæ ad regularis vitæ perfectionem pertinent, primum locum habet votum obedientię pro ſui neceſsitate, & dignitate: & in primis pro ſui neceſſitate, quia obedientia præciſſa eſt omni credenti, ſicut enim accedẽtem ad Deum oportet credere, ad Hebręorum. 11. Sic poſt fidem receptam oportet obedire pręceptis Dei, & Eccleſiæ, vtrunque probatur in Concilio Tridentino Seſsione. 6. cap. 6. & in Canone, vndecimo, & in ſacra Scriptura ſæpè credere ponitur pro obedire, 2. Regum, vigeſimoſecũdo: Auditu auris obediuit mihi, id eſt, credidit mihi, & Pſalmus. 17. referuntur eadem verba, ad Roma. 6. Obediſtis autem ex corde ad eam formam doctrinæ, in quam traditi eſtis, id eſt, crediſtis ex corde, ad Roman. 10. ſed non omnes obediũt Euangelio, id eſt non credunt: vt decla-

declarant ſequentia verba, Iſaias
enim dicit. Domine quis credidit
auditui noſtro? quibus locis & a-
lijs, obedire eſt credere, vt intelli
gamus efficatiam obediẽtiæ, de
qua ad Hebræ. vltimo: obedite
prępoſitis veſtris, & ſubiacete eis,
ad Titum.3. Admone illos princi
pibus, & poteſtatibus ſubditos eſ
ſe, dicto obedire, ad Rom.13. Qui
poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi
reſiſtit.1. Cano. Petri.c.2. Subie-
cti ſtote omni humanæ creaturæ,
referuntur ad propoſitum, in.c.
qui reſiſtit, 11.q.3. in c. ſolitæ de
maioritate, & obedientia. Pro di-
gnitate obedientia habet primũ
locum inter eſſentialia vota reli-
gionis, nam Chriſtus Dominus
de ſe ipſo dicit, quòd venit, non
vt ſuam faceret voluntatem, ſed
Patris mei, inquit, qui in cęlis eſt.
Ioann.6. Matth. 20. Et factus eſt
obediens vſque ad mortem, mor
tem autem Crucis, ad Philip.2. &
quidem cùm eſſet filius Dei, didi-
cit ex ijs quæ paſſus eſt obedien-
tiam, ad Hebræos. 6. refertur in
Concilio. Trident. Seſſ.6. cap. 11.
de obſeruatione mandatorũ Dei,
Num.2. & Eccleſiæ. Et iam quò ad meri-
tum obedientia maxima virtu-
tum eſt inter morales, quia pro-
pter Deum renunciamus propriã
voluntatem, quod inter omnia
opera noſtra ſupremum eſt iux-
ta id, quod legitur. 1. Regum.15.
Melior eſt obedientia, quàm victi
mæ, & auſcultari, magis quàm of-
ferre adipem arietum, quoniam
quaſi peccatum ariolandi eſt re-
pugnare, & quaſi ſcelus idola-
triæ nolle acquieſcere, vbi gloſa
ordinaria, per victimas, inquit,
aliena caro, per obedientiam ve-
rò voluntas propria mactatur, tã-
tò ergo quiſque Deum citiùs pla-
cat, quantò repręſſa arbitrij ſui
ſuperbiæ gladio pręcepti ſe im-
molat: ariolandi verò peccatum
inobedientiæ dicitur, vt quanta
ſit virtus obedientiæ ex aduerſo
demonſtretur, ſi enim quaſi pec-
catum ariolandi eſt repugnare,
& quaſi ſcelus idolatriæ, nolle
acquieſcere, ſola eſt obedientia,
quæ fidei meritum poſsidet, ſine
qua quiſque infidelis cõuincitur:
vndè Salomon Prouerb. 21. Vir
obediens loquitur victorias, dum
enim alienæ voci humiliter ſubdi
mur nos ipſos in corde ſupera-
mus, optima eſt authoritas cũ ſua
gloſa pro neceſsitate, dignitate,
& merito obedientię, optimè prę
cedentia omnia ponderat Apo-
ſtolica conſtitutio. cap.21. tom.11.
conciliorum. pag. 118. quæ poſt
multa notanda concludit, & Sa-
muel Sauli, qui ſe ſacrificaſſe puta
bat, bona, inquit, obedientia ſu-
pra ſacrificium, & auditio ſupra
adipem arietum: ecce enim non
vult Dominus ſacrificium, ſicut
vult, vt Deum audiamus, & diuus
Gregorius relatus à Graciano in
cap. ſciendum eſt. 8. quæſt. 1. poſt
relationem authoritatis, 1. Reg.5.
Sola eſt quę fidei meritum poſsi-
det obedientia, ſine qua quiſque
in fide-



infidelis conuincitur etiam, & ſi
fidelis eſſe videatur: idem Grego-
rius, Homil.32. in Matth. ſuper il-
lis verbis: Qui vult venire poſt me
abneget ſemetipſum: ibi. dicitur,
vt abnegemus noſtra, hic dicitur,
vt abnegemus nos, & fortaſsè la-
borioſum non eſt homini relin-
quere ſua, ſed valdè laborioſum
eſt relinquere ſemetipſum: idem
Gregorius, vlti. Moralium, c. 12.
pręclarè ſcribit de obedientia, &
tranſumptiuè habentur in Gloſa
ordinaria. 1. Reg.15. egregiè ſan-
ctus Thom.2.2. quæſt.104. art.1.
cum ſequentibus. quæſt.105. art.
1. cum ſeq. & in ſpeciali de obediẽ
tia regulari eſt optimus text. in c.
ſi religioſus. de electione, lib. 6.
vbi dicit Bonifacius octau⁹, quòd
religioſus nõ habet velle, vel nol-
le, ſed arbitrium eius pendet non
ex ſua, ſed ex illius, quẽ vice Dei
ſupra caput ſuum poſſuit, & cu-
ius imperio ſe ſubiecit volunta-
te, & gloſa celebris, in Clementi-
na.1. de reliquijs, & veneratione
ſanctorum, verbo ſeipſum dicit,
quomodo oblatio ſui ipſius, ad
exemplum Saluatoris qui dedit ſe
nobis, ſuperat omnem oblatio-
nem & monachus offerẽdo ſeip-
ſum offert arborem, & fructum
totum, vt nihil ſibi remaneat: ex
quibus & alijs benedicit Papa in
præſenti hac Bulla, quòd inter vo
ta eſſentialia religionis, obedien-
tia primum locum habet, eſt qui-
dem potiſſimum inter ipſa vota
Num.23. religionis: vt reſoluit Sãctus Tho
mas.2.2. quæſt.186. artic.8. pag.
881. ibi. reſpõdeo dicendo, quòd
votum obedientiæ eſt præceptũ
inter tria vota religionis, & hoc
triplici ratione, primò quidem,
quia per votum obediẽtię aliquid
maius homo offert Deo, ſcilicet
ipſam voluntatem, quę eſt po-
tior quàm corpus propriũ, quod
offert homo Deo per continen-
tiam, & quàm res exteriores, quas
offert homo per votum pauper-
tatis: & Baldus in autentica ingeſ
ſi. C. de ſacroſan. Eccle. in princi.
dicit, quòd ſtatus religioſus conti
net tria eſſentialia, ſui ipſius ani-
hilationem, obedientiam promi-
tendo, omnium mundanarum re-
rum exprobrationem, eas à ſe pe-
nitùs abdicando, ſui ipſius ſancti
ficationem, caſtitatem vouendo:
indè in profeſsione expreſſa reli-
gionis ſufficit vouere obedien-
tiam ſecundum aliquam regulam
à ſede Apoſtolica pro religione
approbatam, ita Innocẽtius gra-
uiſsimus receptus, in cap. conſul
uit de regularibus, vbi dicit, quòd
licet non omne votum obedien-
tiæ faciat quem religioſum, facit
tamen illud, quod fit ſecundum
regulam monachalem, vel aliam
à ſede Apoſtolica pro religione Num.4.
approbatam: & non oportet ex-
primere quòd quis vouet caſtita
tem, & paupertatem, ſed ſatis eſt
vouere obedientiam ſecundum
regulam approbatam, quæ iubet
illas ſeruari, reſoluit Nauarro de
Regular. Comment.1. numer.18.

pag.57.frater Medina.1.2. queſt.
108.art.4.pag.968.ob cuius con
cluſionis ignorantiam quidam pa
rùm ſapientes in quadam domo
religioſa contendebant ſe non
eſſe profeſſos religioſos, eò quòd
profeſſi fuerant per hæc verba,
voueo obedientiam ſecundum re
gulam beati Auguſtini, non vo-
uendo expreſſam caſtitatem, &
paupertatem, de qua ignorantia
expulſi ſunt per doctiſsimum Na
uarr.ſuprà, & doctus Sarmiento,
in Defenſorio, 1. part. pag.36. y
37. cum ſua pace videtur eadem
ignorantia laboraſſe, dùm affir-
mat, quòd milites ordinum mili-
tarium Calatrabæ, & Alcantaræ
in Hiſpania nõ ſunt religioſi, quia
non profitentur expreſsè caſtita-
tem, & paupertatem, ſed ſolùm
vouent obedientiam, ſecundum
Num.5. regulam beati Benedicti, vel Scir
tercienſis, nam pro vera eorum
religione hoc ſufficit iuxta doctri
nam Innocentij, de qua ſuprà, &
reſoluendo quæ pertinent ad hoc
votum obedientię, fieri debet re-
ligioni per ſedẽ Apoſtolicam ap-
probatæ.c.vnico de voto. lib. 6.
vbi gloſ.verbo approbatis, dicit,
quòd ſi aliquis profiteatur reli-
gionem non approbatam, ſi po-
ſteà contrahat, valet matrimo-
nium, etiamſi quando profiteba-
tur, credebat eam approbatam,
quam ſequuntur Doctores, ibi.
Præpoſitus in c.rurſus, qui cleri-
ci, vel vo.nu.12.vſque ad.20. Lap
pus alegatione. 47. 2. qualitas,
quòd obedientia profitetur, &
fiat in manibus eius, qui poteſt in
corporare tali religioni approba
tę.Gloſ.1.in. c. porrectum de re-
gu.vbi Doctores. Felin. in c.fin.
num.1. de officio ordi. Prępo. in
dicto.c.rurſus, qui cler. vel voue,
num.10.&16.Caſſanęus.conſ.20.
num.17.Marcus Antonius de in-
ſtitu.maio.lib.3.de regu. tit.1.nu.
53. & aduerte quòd ſolus Præla-
tus regularis ſine conſenſu capi-
tuli, vel maioris partis, non poteſt
aliquem recipere ad profeſsionẽ.
Gloſ.1.in cap.finali.de regul.in.6.
Abba.in.c.ea noſcitur. nu.4. de
ijs quę fiunt à maiore parte cap.
Boherius. deciſsione. 260. num.
29.neque Epiſcopus ſolus ſine re
ſpectu alicuius religionis poteſt
admittere, neque authoricare ta-
le votum ſolẽne religionis, vt ad-
uertit Prępoſitus in dicto.c. rur-
ſus.nu.17.ex quibus nota ad plu-
res fœminas, quę ſe offerunt ma-
nibus ſuperiorum regulariũ, vel
etiam Epiſcoporũ, quia non ma-
nent religioſæ ex tali oblatione,
vt notat Naua.de regul.commen
tario.1.notabili.13.num. 18. pag.
57. & pro ſolenni profeſsione nõ
requiritur de neceſsitate profeſ-
ſionis, quòd profeſſus ſcribatur
in lib.capitulari, vt reſoluit Præ-
poſitus in dicto.c.rurſùs. num.8.
Marcus Antonius, de inſtitu. ma-
io.lib.3.tit.1.à num.53.





## EX CAP. SEQVENT.

1 *Paupertas plura habet commoda, & eam Chriſtus Dominus fuit
expertus.*
2 *Paupertas religioſa eſt interior carẽ
tia voluntatis, qua quis ſponte vult om
ninò carere omni iure pecuniario, etiam
quatenùs eſt inſtrumentum virtutis
exercendæ.*
3 *Paupertas Euangelica hoc eſt pro-
pter fidem Chriſti, & Euangelij prædi-
cationem multum habet vndè admo-
dùm commendari debet.*
4 *Religioſa paupertas continet ex pro
priationem, & carentiam non ſolùm
pecuniæ numeratæ, ſed omnium rerum,
tàm ſoli, quàm mobilium corporalium,
& incorporalium, & omnium iurium.*
5 *In retentione rerum reperitur domi
nium, proprietas, poſſeſsio, vſusfructus,
& vſus, inter quæ proprietas, & domi
nium idem ſunt.*
6 *Dominium eſt ius perfectæ diſponẽ-
di de re, niſi lege prohibeatur, poſſeſsio
eſt ius inſiſtendi rei non prohibitæ poſsi
deri.*
7 *Vſusfructus eſt ius alienis vtendi,
fruendique rebus, ſalua rerum ſubſtan
tia.*
8 *Fructus tũc efficiuntur vſufructua
rij, cùm eos perceperit per ſeipſum, vel
per alium nomine ipſius, non ſi ab alio
percipiantur.*
9 *Vſuarius dicitur, qui habet ius vtẽ
di alienis rebus ad vſum quotidianum,
in quo difert ab vſufructuario qui nõ
ſolùm habet ius vtendi, verùm &
fruendi.*
10 *Religioſus profeſſus de rebus vtẽ
ſilibus ſolùm habet ſimplicem facti
vſum pro neceſsitate vitæ, ne egeat.*
11 *Promiſsio Saluatoris, qui dixit nũ-
quàm defecturam fidem Eccleſiæ, &
per conſequens, neque opera miſericor-
diæ ſubtrahentur, ex quo Chriſti paupe
ribus profeſſoribus religionum omnis ra
tio diſcriminis ſublata eſt.*
12 *In paupertate regulari vſusfru-
ctus, & vſus optimè ſeparantur à do-
minio.*
13 *In multis locis regulæ diui Franciſ-
ci apparet vſum rerum vtenſilium lici-
tum eſſe fratribus.*
14 *Quò ad res, quæ vſu conſumãtur,
ad victum humanum neceſſarias nul-
la ratio proprietatis, ſeu dominij impe-
dit ex propriactionem in voto religioſo.*
15 *Quò ad res, quæ vſu non conſumũ
muntnr, & quarum finis non eſt con-
ſumptio, ſedes Apoſtolica dominiũ &
proprietatem talium rerum in voto re-
ligioſo potuit ſibi reſeruare.*
16 *Regulares omnes legitimè profeſsi
per votum ſolenne paupertatis efficiun-
tur omninò incapaces rei pecuniariæ, tã
quæſitæ, quàm in futuro querendæ.*
17 *Regularis habens, vel volens ha-
bere proprium, etiam in parua quanti-
tate peccat mortaliter, quia ex volun-
tate frangit votum paupertatis ſo-
lenne.*
18 *Religioſi poſt profeſsionem reti-
nent omnia, quæ non ſunt pecuniæ nu-
meratæ, neque ſtimabilia pecuniaria
ſtimatione.*
19 *Pactum retinendi proprium fa-
ctum in profeſsione non valet, & rema
net profeſsio pura.*
20 *Ex licentia ſuperioris poteſt relin-
qui religioſo aliquid quò ad vſum ſub-*

*ſtantiæ rerum, quod non repugnat ſubſtantiæ monachatus.*

21 *Hodie poſt Concilium Tridentinũ nulli regulari licet ex ſola licentia ſuperioris retinere vſumfructũ, vel vſum, ſed neceſſaria eſt licentia Papæ.*

22 *Ordo diui Iacobi habet facultatem teſtandi religioſos ipſius ordinis à Pontificibus conceſſam.*

23 *Omnes diſpoſitiones vltimæ voluntatis prohibentur religioſis, quia nõ habent, neque habere poſſunt aliquid proprium, non habent velle, nec nolle, & religioſi dicuntur ſerui, qui non poſſunt teſtari.*

24 *Religioſi modò non ſint ordinis minorum, tanquàm commiſſarij pro alio poſſunt teſtari.*

25 *Cenſura eſt lata aduerſus religioſos, qui aliquo modo detrahunt teſtatores à legato ab electione ſepulturæ, & ab alijs cauſis pijs: & inducunt teſtatores, vel ſibi confitentes, vt aliquid dent ſuis monaſterijs.*

26 *Quælibet diſpoſitio debet intelligi ſecundum naturam materiæ, ſuper qua fit.*

27 *Quando iuramentum apponitur contractui ſua natura reuocabili, ſequitur naturam actus, indè appoſitum teſtamento, quòd non reuocetur, ſi reuocetur, valet reuocatio, & reuocans manet periurus.*

28 *Facultas teſtandi religioſis ordinis diui Iacobi, vel quibuſcũque inabilibus ad teſtandũ, nõ finitur primo, ſecundo, vel tertio teſtamento, ſed perficitur vltimo & perfecto.*

29 *Facultas teſtandi conceſſa inhabilibus extenditur ad omnes actus vltimæ voluntatis, & ſic ad donationem cauſa mortis & ad codicilium.*

30 *Regula. cui licet plus licet vtique quod eſt minùs, ſine dubiò ſe extendit ad minus compræhenſum in maiori, nã conceſſo toto, & partes conceſſæ videntur.*

31 *Priuilegium ordinis diui Iacobi, vt teſtentur, in illis verbis, relicta parte eidem ordini, quæ eſt quinta pars bonorum, excludit omnem fraudem circa iſtarum partem relinquẽdam cõuentui.*

32 *Quando Epiſcopo relinquitur aliquod legatum pro parte ſibi debita, debet eſſe contentus tali legato, niſi conſtiterit, quòd in fraudem partis debitæ, Epiſcopo modicum fuerit eidem Epiſcopo relictum.*

33 *Religioſi beneficiari ordinis diui Iacobi, licet in vita poßint cum annua licentia poßidendi, quam habẽt, omnia ſua bona in pios & licitos vſus erogare, tamen ſi morti fuerint proximi, infirmitate vè detenti, in fraudem quinti nihil poterunt facere.*

34 *Si teſtator in vita ſoluerit legatũ incipiendo à traditione, & abdicando à ſe rem legatam, ex tali legato nihil debetur hæredi, cui legatum ſic traditum deſinit eſſe legatum & tranſit in contractum, & donationem inter viuos.*

35 *Si religioſus ordinis diui Iacobi rem legatam in ſuo teſtamento tradiderit in vita ſua, abdicando à ſe proprietatem, & poſſeſsionem, ex tali re legatą cũ cœperit à traditione non debebitur quintum conuemtui, ſecùs verò ſi non cœperit à traditione.*

SVM-



## SVMMARIVM.

*Votum paupertatis in religione importat interiorem carentiam voluntatis, qua vouens expontè vult omninò carere omni iure pecuniario ſuo, etiam quatenùs eſt inſtrumentum exercendæ virtutis, & tale votum debet eſſe actu exteriori patens.*

## CAPVT XI.

IBi. *Et ſine proprio*: hoc eſt ſecundũ votum inter eſſentialia religionis, votum ſcilicet paupertatis, de paupertate ſcribitur, lib. 2. Regum, cap. 1. pauperem facit, & ditat, Eccleſiaſt. 11. Vita & mors, Num. 1.
paupertas, & honeſtas à Deo ſunt, & iſtam paupertatem Chriſtus Dominus fuit expertus, qui cùm eſſet diues Rex regũ, & Dominus dominantium propter nos egenus factus eſt, 2. Ad Corint. 8. adeò vt de ſe ipſo diceret, vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filios autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Matthæi. 8. optimus tex. in cap. ſicut. §. nũquid. 47. diſtinct. Cornelius Benincaſſius, de paup. quæſt. 3. nu. 8. tomo. 18. fol. 140. Ioannes à Capiſtrano, de authoritate Papę. 2. part. ſecundæ partis, num. 189. Num. 2.
1. part. tom. 18. fol. 52. Paupertas ergo, ſiuè expropriatio, quæ eſt omninò neceſſaria quò ad religionis ſubſtantiam, habet quędã ſpecialia, per quæ agnoſcitur. Primò debet eſſe interior carentia voluntatis, qua quis ſpontè vult omninò carere omni iure pecuniario ſuo, etiam quatenùs eſt inſtrumentum exercendæ virtutis. Secundò, debet eſſe paupertas actu exteriori, patens realis carẽtia pecuniæ. Tertiò, non ſolùm debet eſſe volita, & exterior, ſed etiam voto ſolenni firmata in aliqua religione approbata in manibus eius, qui poteſt incorporare tali religioni: iſta paupertas eſt omninò neceſſaria ad conſtituendum aliquem religioſum per textum, in c. porrectum de regu. in c. cùm ad monaſterium de ſtatu monachorum, melior text. in Clement. 1. de verborum ſignificatione, col. 13. ibi. cùm enim ad veritatẽ vitæ pertineat, vt id, quod exterius agitur, interiorem mentis diſpoſitionẽ, & habitũ repræſentet, neceſſe habẽt fratres, qui ſe expropriatione tanta à temporalibus abſtraxerunt, ab omni eo, quod dictæ expropriationi eſſet, vel poſſet videri contrarium, abſtinere, & hæc eſt paupertas, quã ſpontaneam, fidelem, ac Euãgelicam appellamus: nam ſi voluntaria non eſt, non pertinet ad hanc paupertatem, nec materiam, ſed ad aliam de miſerijs, cæteriſque mundi malis, dùm ſic viſum eſt ſuperis fortiter perferendis, & ſi voluntaria eſt, non tamen fidelis, ac Euangelica, hoc eſt propter fidẽ Num. 3.
Chriſti, & Euangelij pręedicationem, aut ſaltem ob ſpem Euangelicę ſalutis, pręelecta cæteris, parum habet, vndè admodùm commendari

mendari debeat: quid enim pau-
pertas Diogenis, aut Cratis, The
bani, aut aliorum ſimilis propo-
ſiti? quid inquàm boni ipſis pe-
perit? prẹter admirationem quan
dam inter homines, & Philoſo-
phandi commoditatem, de qua
loquitur Hieronymus ſuper Mat-
thęũ, cap.10. Vbi dicit parum fuiſ
ſe Apoſtolis reliquiſſe omnia, nã
hoc & Socrates, & multi alij Phi-
loſophi fecerunt, & diuitias con-
tempſerunt propter vanam glo-
riam, aut propter philoſophandi
commoditatem, ſed riliquerunt
omnia Apoſtoli, & ſequuti ſunt
Dominum, quod proprium Apo
ſtolorum eſt, atque credentium:
& ſic eſt recipienda paupertas no
ſtra religioſa ex reſolutis per Na-
uarrum, de regula.com. 1. moni-
to.13.pag.55. & 57. eleganter Ma
giſter Medina.1.2.quæſt. 108.art.
Num.4. 4. pag. 967. Ex qua reſolutione
ſunt notanda quędam, primò ſub
illo verbo, omni iure pecuniario
ſuo, intelligi expropriationem, &
carentiam non ſolùm pecunię nu
meratę, ſed omnium rerum, tàm
ſolij, quàm mobiliũ corporaliũ,
& incorporalium, & omnium iu-
rium per text. cum materia in. l.
pecuniæ verbum. 178. in. l. pe-
cuniæ nomine. 222. ff. de verbo.
ſignificatione: & in Extrauagan.
ad conditorem Ioann. vigeſimi
ſecundi, eodem tit. ibi. Nihil ſibi
aproprient, neque domum, neq;
locum, neque rem aliquam, ele-
ganter Tiraquelus, de retractu.
tit.1. gloſa.1.§.1.n.100. Nauarro.
de regul.comm.1.in princip. opti
mus text.in cap. totum. 1. quęſt.
3. ibi. Totum quicquid homines
habent in terra, omnia, quorum
Domini ſunt, pecunia vocatur, ſer
uus, vas, ager, arbor, pecus, quic-
quid horum eſt, pecunia dicitur:
ideò autem pecunia vocata eſt,
quia antiqui quod habebant, in
pecoribus habebant, quæ verba
ſunt notanda ad propoſitum pro
illo verbo pecuniario ſuo.

Secundò eſt notandum, quòd Num.5.
in iure noſtro reperitur domi-
nium, proprietas, poſſeſsio, vſuſ-
fructus, & vſus, inter quę proprie
tas, & dominium idem ſunt per
text. in. l. Si procurator. 13. ff. de
adquirendo rerum domi. ibi. do-
minium mihi, & proprietas acqui
ritur etiam ignoranti, optimus
text. in. l. 1. §. huius autem. ff. vti
poſſidetis, vbi quod ſemel conſul
tus appellauit proprietatem, po-
ſtea bis dixit dominium. Docto-
res in Rubric. de cauſa poſſeſsio,
& proprieta. vbi Ripa. nu.40. Ro
gelius. colum.27. Lamfrancus, in
princip. Andręas Alciatus, & cæ-
teri: & ſi quęramus quid ſit domi
niũ, ſeu proprietas, Cõſultus, in
l. qua ratione.9.§.nihil. ff. de ac-
qui. rerum domi. & in. l. ſi quis. vi.
17.§. differentia. ff. de acquiren.
poſſeſsione. concludunt, quòd
dominium, & proprietas eſt ius
perfectè diſponendi de re, niſi le-
ge prohibeatur poſſeſsio, quaſi
pedum poſsitio, eſt ius inſiſtendi
rei



rei nõ prohibitæ poſsideri. l. 1. ff.
de acquirenda poſſeſsione. l. ſtipu
latio iſta. 38. §. hæc quoque. ff. de
verborum obligatione. vbi Acur
ſius verbo ſtipuletur dicit, quòd
etiam peritiſsimi nõ ſunt auſi diſ-
finire poſſeſsionem, diffinitio ta-
men tradita eſt iuridica, & com-
probata per Acurſium, ibi. & Do
ctores, in Rubrica, de cauſa poſ-
ſeſsionis. vbi Rogerius. colu.19.
Ripa, Alciatus, & alij: idem Alcia-
tus in. l. 1. num. 25. ff. de acquiren.
poſſeſsione, Antonius Gomez in
l. 45. Tauri. num. 17. Cobarru. in
regula poſſeſſor. 1. part. in princi-
pio. vſusfructus eſt ius alienis vtẽ
Num.7. di, fruendique rebus, ſalua rerum
ſubſtãtia. l. 1. & 2. ff. de vſufructu.
text. in princip. inſtitut. eod. titu.
& ſi quęramus quando vſusfru-
ctuarius faciat fructus ſuos, dici-
mus quòd non ſolùm, quãdo fru-
ctus ſunt percepti, & reconditi,
ſed etiam cùm ſtatim ſunt à ſolo
ſeparati. tex. celebris in. l. in ſingu
los annos. 8. ff. de annu. lega. vbi
Cõſultus ponit ſingularem diffe-
rentiam inter legatum in ſingu-
los annos, & legatũ vſusfructus,
quòd legatum in ſingulos annos
ingreſſu cuiuſlibet anni debetur,
& in hæredes tranſmittitur, lega-
tum verò in vſufructu non debe-
tur, cùm vſufructuarius etiam ma
turis fructibus, nõdùm tamẽ per
ceptis deceſsit, nec eos tranſmit-
tit in hæredes, ita Cõſultus in di-
cta. l. in ſingulos, melior textus
in. l. ſi vſusfructuarius. 13. ff. qui-
bus modis vſusfructus amittatur:
vbi referuntur tres Cõſulti circa
deciſionem huius articuli. Primò
Iurecõſultus Labeo. qui dicebat,
quòd ſi vſufructuarius meſem fe-
cerit, & deceſſerit, hoc eſt, ſi ſeca-
uerit ſegetem, & in aërea relique-
rit, huiuſmodi ſegetẽ vſufructua-
rium ſuam facere, & in hæredem
tranſmitere, quamuis in horreũ
nõ fuerit recondita meſsis, idem
dicit de fœno cæſſo, de vua adem
pta, de oleo, & oliua ab arbore ſe
parata, hæc omnia vſufructua-
rius facit ſua ſecundum ſententiã
Labeonis, in dicta. l. ſi vſufructua-
rius, quam ſententiam Iulianus,
ibi. à Paulo relatus, nõ corrigit,
ſed declarat, conſtituendo mira-
bilem regulam, quòd fructus tũc Num.8.
efficiuntur vſufructuarij, cùm eos
percepit perſeipſum, vel per aliũ
nomine ipſius, non ſi ab alio per-
cipiantur, quod eſt ſecùs in bonę
fidei poſſeſſore, qui facit fructus
ſuos ſtatim quò fuerint à ſolo ſe-
parati perſeipſum, vel per alium
quocunq; modo: eleganter Con-
ſultus, in. l. qui ſcit. 25. §. in alieno.
ff. de vſuaris, & hæc ſufficiat pro
cognitione vſufructuarij. Et vſua
rius dicitur, qui habet ius vtendi
alienis rebus ad vſum quotidia-
nũ: & dicitur quòd habet ius vtẽ-
di, non fruẽdi, vt differat ab vſu-
fructuario, notat Acurſius, in. l. 1.
verbo vtendi. ff. de vſufructu, vn-
dè vſuarius fundi dicitur, cui da- Num.9.
tur nudus fundi vſus, & nihil ha-
bet vlterius in eo, niſi vt vtatur
oleribus

oleribus, pomis, & alijs ad vſum
tantum quotidianum, nihil alij
venditurus, locaturus, aut datu-
rus, & quòd domino fundi mole-
ſtus non ſit, in quibus differt vſua
rius ab vſu fructuario, qui vt ſu-
prà diximus, poteſt vſumfructum
vendere, donare, & quomodo-
cunque voluerit illam cōmodita-
tem diſtrahere, elegantèr Iuſtinia
nus in principio inſtituta de vſu,
& habitatione, & quid contineat
vſus domus, declarat Conſultus
in.l.1. & 2. ff. de vſu & habitatio-
ne, & quid contineat vſus fundi,
declarat Conſultus in l. ſi habita-
tio.10.§.ſi vſus fundi. ff. de vſu, &
habitatione, & quid contineat
vſus ſerui declarat text. in. l. per
ſeruum, &.l.ſeruus.21.ff. eod. tit.
& quid contineat vſus pecoris,
docet Conſultus, in.l. pecorum.
12.§.ſed ſi pecoris. ff. eod. tit. re-
ſoluit eleganter Cepola de ſerui-
tutibus vrbarum.c.5.

Num.10. Ex præcedētibus concludimus
quòd religioſus profeſſus in ali-
qua religione approbata de om-
nibus rebus vtenſilibus ſolùm
habet ſimplicem facti vſum pro
neceiſitate vitæ, ne egeat, caret
verò omni proprietate, & domi-
nio, poſſeſsione & vſufructu ipſa-
rum rerum: ita docet Bonifacius
octauus, in cap.3. de verborum ſi-
gnificatione, in 6. ibi. nam cùm in
rebus temporalibus ſit conſide-
rare præcipuum proprietatem,
poſſeſsionem, vſumfructum, ius
vtendi, & ſimplicē facti vſum, &
vltimo tāquàm neceſſario egeat,
licet primis carere poſsit vita mor
talium: nulla prorſus poteſt eſſe
profeſsio, quę à ſe vſum neceſſa-
riæ ſuſtentationis excludat: eadē
verba referuntur in Clementina
exibi de paradiſo de verborū ſi-
gnificatione, colum. 5. in princi.
& in Extrauaganti, ad conditorē
eodem tit. de verborum ſignifica
tione. Ioann.22. colum.3. in prin.
ibi. ſimplici vſu, facti duntaxat in
rebus & bonis huiuſmodi reſer-
uato fratribus antè dictis, circa
quæ verba inſiſtūt Gregorius no
nus, Nicolaus quartus, Clemens
quintus, Bonifacius octauus, Ioā-
nis vigeſimi ſecūdi: & cauſa tantę
inſiſtentiæ fuit, quòd multi vene-
noſi obtrectatores, ſui homicidę
venenoſis obtrectationibus, im-
peritis ſermonibus conati ſunt la
cerare perfectionis claritatē, quæ
eſt in abdicatione, & expropria-
tione rerum omniū, dicentes hāc
tantam expropriationem pericu-
lum vitæ inducere, diſcrimini ſeſe
profeſſores, & exproprîantes cō-
mittere, ſui homicidas, vel tenta-
tores Dei eſſe, contra quos vene-
noſos filios mēdacij ſcribunt Pō-
tifices allegati, pręcipuè Bonifa-
cius octauus, dicto. cap. 3. de ver-
borum ſignificatione, colum.5.
in fine: confundens eos promiſſo
Saluatoris, qui dixit nunquàm de
fecturam fidem Eccleſiæ, percon Num.11.
ſequens nec opera miſericordię
ſubtrahentur, ex quo Chriſti pau-
peribus. profeſſoribus religionū
omnis





omnis ratio diſcriminis ſublata
eſt. Cui teſtimonio inniſus vir ſan
ctus Frāciſcus, in regula pro ſuis
fratribus modum paupertatis ex-
primens, dixit: fratres nihil ſibi
approprient, nec domum, nec lo
cum, nec aliquam rem, ſed tanquā
peregrini, & aduenæ in hoc ſecu-
lo in paupertate, & humilitate Do
mino famulantes, vadāt pro eleę-
moſyna confidenter: ita Clemēs
quintus, in Clementina.1. de ver-
borum ſignificatione, colum. 11.
in principio. & colum.18. ibi. rur-
ſus cùm pręditus ſanctus tàm in
exemplis vitę, quàm verbis regu-
læ oſtenderit, ſe velle, quòd fra-
tres ſui, & filij, diuinę prouidentię
initentes, ſuos in Deum iacerent
cogitatus, qui volucres cæli paſ-
cit, quæ non congregant in hor-
rea, nec ſeminant, nec metunt, &
ſic eſt ſatisfactū impiæ detractio-
ni per exemplum & teſtimonium
Num.12. Chriſti, per regulam diui Franciſ-
ci, per Bonifacium octauum, &
Clementem quintum locis alega-
tis. Secunda cauſa, quàre Pontifi
ces fecerūt tantam inſtantiam ſu
per eiſdem verbis, fuit grauis diffi
cultas, quæ ſub eiſdem includitur
de.l. omnium.36. ff. de vſufructu,
& in.l. qui vſumfructum.58. ff. de
verborum obligationibus, & in
l. antiquitas.14. Codice de vſufru
ctu, quibus iuribus probatur,
quòd vſusfructus, vel vſus à domi
nio perpetuo ſeparari nō poteſt,
in voto paupertatis vſus à domi-
nio ſemper manet ſeparatus, er-
go dominium abſcedēte vſu red-
ditur inutile. Bonifacius octauus,
in dicto c. exijt.3. de verborum ſi-
gnificatione, in.6. colu.6. in prin-
cipio, pro conſtanti habet religio
ſos omnes profeſſos vſum vtenſi-
lium pro vitę ſuſtentatione habe-
re, idque probat exemplo, & regu
la diui Franciſci, ibi. profectò
non fuit confeſſoris Chriſti, regu
lam inſtituentis, intentio, quini-
mò contrarium in ipſa conſcri-
pſit, contrarium viuendo ſerua-
uit, cùm & ipſe temporalibus ad
neceſsitatem vſus fuerit, & in plu
ribus locis in regula vſum talem Num.13.
licere fratribus manifeſtet, dicit
nanque in regula, quòd clerici fa
ciant diuinū officium, ex quo ha-
bere poterunt Breuiaria: ex hoc
patenter inſinuans, quòd fratres
ſui habituri eſſent vſum Breuia-
rij, & librorum, qui ſunt ad diui-
num officium opportuni: in alio
quoque capitulo dicitur, quòd
miniſtri, & cuſtodes pro neceſſita
tibus infirmorum, & alijs fratri-
bus induendis per amicos ſpiritua
les ſolicitā curam gerant ſecundū
loca, & tempora, & frigidas regio
nes, ſicut eorum neceſsitati vide-
rint expedire: alibi etiam exhor-
tans fratres per congruum labo-
ris exercitium ad otium euitan-
dum, dicit, quòd de mercede labo
ris pro ſe, & ſuis fratribus corpo-
ris neceſſaria recipiāt, in alio quo
que capitulo cōtinetur, quòd fra
tres vadant pro eleemoſynis con
fidenter: habetur etiam in eadem
regula,

regula, quòd in prædicatione, quam fratres faciunt, ſint examinata, & caſta eorum eloquia ad vtilitatem, & ædificationem populi, annunciando eis vitia, & virtutes, pœnam, & gloriam. Sed cõſtans eſt, quòd hęc præſuponunt ſcientiam, ſcientia requirit ſtudium, exercitium verò ſtudij conuenienter haberi non poteſt ſine vſu librorum: ex quibus omnibus ſatis claret ex regula ad victum, veſtitum, diuinum cultum, & ſapientiale ſtudium neceſſarium rerum vſum fratribus eſſe concedẽdum. Ijs ſuppoſitis reſpondet Bonifacius ad difficultatem ſeparationis dominij, quòd retentio talium rerum cum cõceſsione vſus facta pauperibus, non eſt infructuoſa domino: cùm ſit meritoria ad æterna, & profeſsioni pauperum opportuna, quę tantò ſibi cẽſetur vtilior, quantò cõmutat tẽporalia pro æternis, ita Bonifacius ſuprà: alio modo reſpondet idem Bonifacius quòd cibilis prouidentia in humanis rebus humanè conſtituit, videlicet, non poſſe vſum, vel vſumfructum à dominio perpetuo ſeparari, quæ cibilis prouidentia, & ſubtilitas non attenditur circa Eccleſiaſtica, & ſpiritualia, in quibus agitur de bono, & æquo, ita colligitur ex Bonifacio ſuprà, qui reſpondet tertio modo, dominium rerum vtenſilium pro fratribus religioſis retineri penes ſedem Apoſtolicam, ita in eadem columna ſcribitur, nec ſit perſona, in quam loco Dei congruentius huiuſmodi rei dominium transferatur, quàm ſedes præfata, vel perſona Romani Põtificis Chriſti Vicarij, qui pater eſt omnium, & paulò inferius, ibi. & fœlic. record. Innocentius Papa quartus, prædeceſſor noſter feciſſe dignoſcitur in nos, & Romanam Eccleſiam plenè, & liberè proprietatem, & dominiũ pertinere.

Clemens quintus, in Clement. 1. de verborum ſignificatione. §. ſicq; expreſsè concludit cum prędeceſſoribus, proprietatem, & dominium rerum omnium vtenſilium in ſe, & Romanam Eccleſiã receptum, dimiſſo ipſis fratribus, in eis tantummodò vſu facti ſimplicis, Ioan. 22. in Extrauaganti, ad Conditorem de verborum ſignificatione Compendio, refert Innocentium quartum, Nicolaũ quartum, Gregoriũ nonum, Clementem quintũ, Bonifaciũ octauum, ſtatuentes proprietatem, & dominium plenè, ac liberè ad ſe, & Romanam Eccleſiam pertinere, ſimplici vſu facti dùmtaxat in rebus, & bonis reſeruato fratribus, à qua conſequentia ipſe Ioãnes vigeſimus ſecundus ſuis peculiaribus rationibus in aliquo recedit, & oſtendit reſeruationem dominij penes Papam non multum *Num. 14.* proficere, ſimplicem, & inutilem reddi. In tanta difficultate cum eodem Ioanne vigeſimo ſecũdo, aduerto, quòd res omnes ſunt in duplici



duplici differentia, quædam quæ vſu conſumũtur, & quarum vſus eſt conſumptio, vt ſunt oleum, triticum, vinum, pecunia, & aliæ res, quarum non eſt vſus ſeparatus ab ipſarum conſumptione, vt dicit Conſultus. in l. 1. ff. de vſufructu earum rerum, quę vſu conſu: quædam verò ſunt res quæ habent vſum, ſeu vſumfructum ſeparatum à conſumptione ipſarum rerum, de quibus in toto titulo. ff. de vſufructu. & ff. de vſufructu legato. Hoc ſuppoſito quò ad res quæ vſu conſumuntur, vt ſunt res ad victum humanum neceſſariæ, nihil remanet, nulla ratio proprietatis, ſeu dominij, quæ impedire poſſit expropriationem in voto religioſo, nec remanet quòd penes ſedem Apoſtolicam reſeruetur, repugnat ſiquidem iuri, & obiat rationi in talibus rebus vſum iuris, vel facti ſeparatum eſſe à proprietate rei, ſeu dominio, vt dicunt iura ſuprà alegata, & in terminis Ioannes vigeſimus ſecundus, in dicta Extrauagãti, ad conditorẽ. col. 7. §. quod autem colum. 8. §. & quid de talibus colu. 11. §. reſtat colu. 12. §. licet autem, quibus locis dicit Pontifex de talibus rebus non poſſe inteligi prefatos pontifices, conſtituentes dominium rerum vtenſilium penes ſedem Apoſtolicam, & concludit ipſe Ioannes vigeſimus ſecũdus, dominio, & proprietati harum rerum, quę vſu conſumũtur, nihil obſtare votum quod libet, vel obligationem paupertatis, votum enim vel obligatio talis omne dominium reſpuit, quod lege poſitiua poteſt induci, vel tolli, dominium autem tale, quod lege naturę eſt neceſſarium non lege, vel obligatione poteſt impediri: nulla enim ratione effici poteſt vt quis obligetur, vt à fame & frigore, & alijs humanæ naturę hoſtibus non ſe defendat, nam aduerſus periculum naturalis ratio permittit ſe defendere. l. itaque. ff. ad legem aquiliam. l. vt vim. ff. de iuſtitia & iure. Clementina vnica de homicidio cum ſimilibus: & hoc quantum ad res, quæ vſu conſumuntur. Cæterum quò ad alias res, quæ vſu non conſumuntur, & quarum finis non eſt conſumptio, quæ nõ ſunt paucę, ſicut eſt habitatio domus, locatio, conductio, ſtractus, lectus, quæ cum alijs enumerat lex. quos nos. 234. ff. de verborum ſignificatione. in §. viuere, & in. l. veſtis. §. familiari. ff. de auro legato. gloſa. verbo non ſunt pauca, in Clementina. 1. de verborum ſignificatione. Ioannis vigeſimi ſecundi, quò ad iſtas inquàm res, quæ habent vſum ſeparatum à conſumptione, & anihilatione procedit Innocent. quartus, Gregorius nonus, Nicolaus quartus, Clemẽs quintus, Bonifatius octauus, dùm conſtituunt dominiũ, & proprietatem rerum religioſorũ penes ſeipſos, & ſedem Apoſtolicam manere, ita interminis docet

Ioannis vigeſimi ſecũdi,in Extrauaganti.1. de verborum ſignificatione colum.11.§.nec obiat, ibi. nec obiat ſupradictis, quod idẽ prædeceſſor noſter in ordinatione prædicta, etiam illorum,quæ ad vitæ ſuſtentationem pertinent ſibi & Romanæ Eccleſię dominium reſeruarijt,hoc enim de rebus illis dumtaxat debet intelligi, quæ vſu non ſunt conſumptibiles,ſine quibus humana vita non eſt ſuſtentabilis,quæ vtique non ſunt pauca,&ita manent in concordia præfati põtifices cum ipſo Ioãne vigeſimo ſecũdo, poſt quã concordiam Iurium & Extrauagãtium, quæ omninò fuit neceſſaria,concludũtur ſequentia in materia.

Num.16. Primo Regulares omnes,legitimè profeſſi per votũ ſolenne paupertatis,efficiuntur omninò incapaces rei pecuniariæ tàm quęſitę, quàm in futurum quærendę per text. cum materia in c. vouentibus. 17. quęſt.1. in.c.cui portio. in.cap.non dicatis.12. quæſt. 1.in cap.cum ad monaſterium, de ſtatu monachorum. in cap. ſi religioſus de electione. lib.6. quæ iura concludunt regularem non ſolùm facultatibus,ſed etiã propriæ renunciaſſe voluntati quęrendi, tradit multis locis ſanctus Thom. alegatus per Nauar.in dicto cap. cui portio nu. 8. pag.53. num.14. pag.55.

Secundo notatur,quòd regula-
Num.17. ris habens vel volens habere proprium etiam in parua quantitate, peccat mortaliter, quia ex voluntate frangit votũ paupertatis ſolẽne, hoc probatur in c. vouentibus.17. quæſt. 1. ibi. vouentibus non ſolùm nubere ſed etiam velle damnabile eſt,& in cap.ſequenti ponitur exemplum de Anania quomodo grauiter peccauit in ocultatione rei contra propoſitum oblationis, quam fecerat Deo.optima regula Diui Aguſtini.cap.2.relata à Gratiano in cap. non dicatis. 12.quęſt.1.non dicatis, inquit Aguſtinus, habere aliquid proprium, pondero verbũ non dicatis, quod eſt imperans, & obligans ſub peccato mortali ex regula Gregorij relata à Gratiano in cap.fina.14. quæſt.1.ibi. quiſquis præceptis non obtemperat,reus eſt,& debitor pœnæ, & rurſus, quod præcipitur,imperatur, quod imperatur, neceſſe eſt fieri, ſi nõ fiat pœnã habet: & pondero verbum aliquid, quod in parua etiã re verificatur, vt dicunt Doctores in dicto. cap. non dicatis, & negatiua illa,non præpoſita illi verbo, aliquid,idem ſonat, quod nihil, argumento gloſæ ſolennis in cap. cùm dilectus de cõſuetudine,reſoluit in terminis Nauarr. de regularibus, 3.notabil.pag. 17.nume. 15. optimus text. in cap.cum ad monaſterium de ſtatu monachorum vbi ponitur graue, & nouis religioſis timendũ exẽplum, ex diuo Gregorio in dialogo de quodã religioſo





extra monaſteriũ in ſterquilineo ſepulto,eò quòd res quædam inuenta fuit in morte penes eum.

Num.18. Tertio notatur,quòd religioſi poſt profeſſionem retinent omnia,quæ non ſunt pecuniæ numeratæ, nec ſtimabilia pecuniaria ſtimatione,ſicuti ſunt bonæ animæ & corporis dotes: animę quidem gratia gratum faciens, virtutes tàm intellectuales, quàm morales: corporis ius agnationis,ius ſanguinis, & ius ſuitatis: Doctores per textum, ibi. in authentica,ſi qua mulier, Codice de ſacroſanctis Eccleſijs, in cap. quia nos, de teſtamentis: reſoluit Molina,lib.1. de primogenijs. capit.13.pag. 110. hinc retinet religioſus ius præſentandi ad capellaniam quocunque modo ei competat, quia ius eſt compatibile cùm religione, eò quod ſpirituali annexum ſit. cap.quanto de iuditijs,optimus text. in cap. 1. 18. quæſt.1 in.cap.finali.19. quæſt.3. gloſ.verbo in locum,in cap. præſens.29.quæſt.3. reſoluit Anton. Gama.deciſsio.6.num.4. & 5.

Poſt præfata de voto paupertatis in religione, occurrit difficillima opoſſitio Innoc. tertij, in c. inſinuante.qui clerici,vel vo. vbi prudentiſsimus Pòntifex proponit factũ,de quadam muliere nobili,quę in manibus cuiuſdam de fratribus ſancti Auguſt. fecit votũm religionis, eo adiecto tenore,vt in domo propria cum omni ſubſtantia ſua remaneret,ergo habere proprium ad religionis ſtatus ſubſtantiam & eſſentiam non pertinet contra ſuprà allegata: propter hanc ſententiam Innoc. tertij, variæ exiſtunt ſentẽtiæ, & opiniones: Prima eſt, quòd in caſu illius text. non valuit pactũ retinendi proprium, quia erat cõtra ſubſtãtiam monachatus, ac ſubindè reiecto pacto, remanſit ingreſſus purus, & validus, ita gloſa in authentica ingreſsi. Gloſa magna in princ. C. de ſacroſanctis Eccleſijs,& gloſ.in authẽ. de monachis,§.illud.verbo.& nihil, & verbo voluerit,collatione.1.gloſa.in l. ſi patet.1.glo.2.ff.de adoptionibus,glo.magna in fine.in.c.ſolet. 32.quęſt. 2. hanc opinionẽ tenet Innoc.dicto.c.inſinuãte, vbi Hoſtien.Ioann.Andręas, Anton. & antiqui,Dofredus, Cynus, Bart. & plures in authent. ingreſsi. C. de ſacroſan.Eccleſ.Bald.in.c.1.§. in illa.per quos fiat in veſtitura in vſibus fæudorum. Idem Bald. in l.vnica.§.illo proculdubio. C. de latina libertate. tolle: recentiores in ijs locis, pręcipuè. Iaſſo. in authen. ingreſsi, num.3. Detius. num.21.Felinus.in.c.cùm Eccleſia ſanctę Mariæ,nu. 75. de conſtitutio. Detius. Ripa.nu. 68. dicit communẽ Ioan.de Imola,ibi. Andręas ab Egea,in rub.de pact.nu. 509.to.6.2.par.fol.22.Couar.in. 4.2.par.§.1.n.18.pro qua cõmuni ſentẽtia ſolet allegari reg. tex. in.l.cum precario.12.ff. de precario: vbi cõceſſũ fuit precariũ hoc

pacto, vt in Calendas Iulij preca
rio poſsideatur & reſpondet Cel-
ſus adiectionem eſſe nullam, quia
contra naturam precarij, preca-
rium autem purum manere: eadē
regula probatur, in. l. vbi ita do-
nationes. 27. ff. de donatio. cau-
ſa mortis, in. l. obligationum fe-
rè. 47. §. placet. ff. de actio. &
obligatio. per quem tex. ſine alio
fundamēto dicebat Fulgoſius, in
dicta authentica, ingreſsi ſe am-
pliusnō dubitare in hoc articulo,
optimus text. in. l. vnica. §. illo vi-
delicet. C. de Latina libertate to-
lenda, vbi ratio libertatis ſub con
ditione contra ſubſtātiam ipſius,
reiecta cōditione valet libertatis
ratio. ſingularis text. in. l. ſi quis
hęres inſtitutus. 74. ff. de hęredi-
bus inſtitu. per quæ, & alia funda-
menta Docto. ſuprà allegati intre
pidè, & aſſertiuè, tenuerunt in ca-
ſu. c. inſinuante, non valuiſſe the
norem retinendi propriam ſubſtā
tiam in voto ſolēni, de quo ibi, &
votū purum & validum manere.

Num. 19. Contrariā ſententiā videtur pro
bare text. in c. fina. de conditio.
Appo. vbi Cōditiones cōtra ſub-
ſtantiā matrimonij vitiant ipſum
matrimonium, ergo in caſu c. in-
ſinuante illa conditio contra ſub-
ſtantiam monachatus debuit in-
greſſum religionis vitiare, & ita
quòd vicietur, tenuit. glo. 1. in fin.
in c. fin. de conditio. appo. gloſ.
verbo adminiſtrationē in c. 2. de
ſtatu monachorum glo. fina. in c.
cū ad monaſteriū eod. tit. glo. ver
bo inutile in. l. per ſeruū. 14. §. 1. ff.
de vſu & habitatione per quas gl.
fundatas in dicto c. fina. de cōdi
tionibus appo. hanc ſententiam
tenet Paulus de Leazaris, Ioann.
de Lyniano in c. fin. de religi. do-
mibus. Cardinalis in c. fin. de cōdi
tio. appo. Aretinus in. l. 1. §. ſed ſi
mihi. ff. de verborum obligatio.
Adrianus de matrimonio. quæſt.
9. quā opinionē dicit cōmunem
Alciat. in l. 1. §. ſed ſi mihi. ff. de ver
borū oblgationibus. Andręas ab
Egea in rubri. de pactis. nu. 510.
pro qua cōmuni ſententia totū
facit deciſſio. c. finalis de cōditio.
appo. ibi. ſi conditiones cōtra ſub
ſtantiam coniugij inſerantur, ma
trimonialis cōtractus quantuncū
que ſit fauorabilis caret effectu,
idq; fortiſſimè procedit, facto ar
gumento de matrimonio carnali
ad matrimoniū ſpirituale per tex.
in c. inter corporalia de trāſlatio-
ne Epiſcopi: inter pręcedētes duas
opiniones communes contrarias
multis ex antiquis tenent primam
& reſpondent ad text. in c. final.
de conditio. appo. eſſe differentiā
inter matrimonium & profeſſio-
nem, quòd in matrimonio tracta
tur de fauore ipſorum contrahen
tium, indè ex quo alter aceptauit
cōditionem potuit ſibi pręiudica
re, aceptando conditionem con-
tra ſubſtantiā, & nō valeat actus:
ſed in profeſsione obligatio ac-
quiritur Deo per miniſteriū Abba
tis, vel alterius Pręlati, cuius factū
nō debet obeſſe Deo, qui videtur
velle



velle profeſsionē recipere, ita Ho
ſtien. Ioann. Andręas, Abb. in di-
cto cap. fin. de cōditio. appo. quæ
ratio nō videtur cōcludens, vndè
ſuo ordine ſolet eſſe. 3. ſententia.
Tertia ſentētia eſt de glo. in dicto
c. inſinuāte qui clerici. vel vouen.
verbo, in domo propria, quòd ille
tex. dū dicit, in domo propria cū
omni ſubſtantia ſua remanere, in
teligatur, ideſt, cum vſu ſuę ſubſtā
tiæ, ex quo victum & veſtitum ha-
beat in vita ſua pro diſpoſitione
& arbitrio Abbatis. & hoc nō eſt
cōtra ſubſtantiā profeſſionis: ſimi
lē expoſitionē habet text. in c. ſi-
quis rapuerit. 27. q. 1. ibi. & cum
ſuis rebus monaſterio cautiori tra
datur cum hac expoſitione glo.
trāſeūt Doctores ibi. vbi. Hoſ. in
quit, & ſic eſt monacha, & viuit
de reditibus ſuę terrę de licētia Ab
batis. Anto. n. 8. & 9. expreſsè di
cit quòd tex. in dicto. c. inſinuāte
procedit ſolū quò ad vſum ſubſtā
tiæ rerum pro victu & veſtitu, &
hoc nō repugnat ſubſtātię mona-
chatus. Barto. in authentica in-
greſſi. C. de ſacroſanctis Eccl. nu.
29. ibi. tamen quò ad adminiſtra-
Num. 20. tionē & vſum poteſt aliquid habe
re ex permiſſione Abbatis. vt eſt
text. in c. 2. de ſtatu monachorū.
ibi. qui verò peculiū habuerit, niſi
ab Abbate fuerit ei per iniūctam
adminiſtrationem permiſſum, à
communione remoueatur altaris
vbi bona gl. verb. adminiſtratione
dicit hoc idem cōtingit in ſeruo,
qui nihil retinere poteſt, ex per-
miſſu tamē domini & cōhibētibus
ipſius oculis poteſt retinere pecu
lium, hoc eſt paruam pecuniam. l.
4. in principio. ff. de manumiſſio.
ita Barto. in dicta authentica in-
greſſi. num. 29. Bald. 21. Docto. in
dicto c. 2. de ſtatu monachorum,
& in dicto c. inſinuante qui cler.
vel vo. Iuxta quā doctrinam Pius
Papa V. indulſit cuidā nobiliſſimę
fœminę Hiſpanicę remanere poſt
profeſſionem extra monaſterium
cum dote ſua, vnà cum matertera
religioſiſſima & ſene, dùm illa vi-
ueret, vt refert Nauar. de regula.
3. notabi. nu. 16. pag. 73. vbi dicit
ad ſuam inſtātiam, & ſupplicatio-
nem hoc feciſſe dominū Papā, &
quòd ipſe motus fuit ad ſuplican-
dum authoritate. c. 2. de ſtatu mo-
nachorum, & clarius, inquit, per
text. in c. inſinuante qui cler. vel
vo. & ita quòd ille text. intelliga-
tur nō de proprietate rerum, ſed
ſolum de vſu, videtur expreſſum
factum & authoritas Pij V. teſte
Nauarro ſuprà.

Maior tamē dubitatio eſt an ho
diè ſtante Concil. Trid. Seſſio. 25.
c. 2. de regularibus maneat corre-
ptus tex. in dicto c. inſinuāte, & in
dicto. cap. 2. de ſtatu monachorū
& primò videtur quòd iſta & ſimi Num. 21.
lia iura maneant correcta per Cō
cilium ſuprà, ibi. nec deinceps li-
ceat ſuperioribus bona ſtabilia
alicui regulari concedere, etiam
ad vſumfructū, vel vſum, admini
ſtrationē, aut cōmendā. Pro inter
pretatione Cōcilij in hoc. c. aduer
timus,

timus quòd non eſt ius nouum,
quod inducit Concilium, ſed ius
antiquum refert, de quo in c. mo
nachi. & in c. cũ ad monaſteriũ de
ſtatu monachorũ: ex quibus Iuri-
bus videtur exiſſe Conciliũ ſuprà,
vndè ſicut pręfata iura intelligũ-
tur de proprietate rerũ, ita & Cõ
cilium eodẽ modo intelligatur, nõ
verò de nudo vſu, vt refert Na-
uar. de regul. notab. 3. nu. 15. pag.
72. col. 2. nu. 18. pag. 74. colu. 2.
quibus locis nititur declarare Cõ
cilium ſuprà, cum eius tamẽ pace
dicerem Concilium aliquid plus
ſuprà ius commune inducere, &
moueor progreſſu Cõcilij, nam
poſtquàm pręmiſſit ſub eodem c.
2. nemini igitur regularium tàm
virorum quàm mulierũ liceat bo
na mobilia vel inmobilia cuiuſcũ-
que qualitatis fuerit, etiam quo-
uis modo ab eis acquiſita, tanquã
propria aut etiam nomine conuẽ
tus poſſidere, vel tenere, ſed ſta-
tim ea ſuperiori tradantur, conuẽ
tuique incorporentur: poſt hæc
ſequitur, nec deinceps liceat ſupe
rioribus bona ſtabilia alicui regu-
lari concedere, etiam ad vſum-
fructum, vel vſum, adminiſtratio
nem, aut commendationem, quæ
verba ſunt plana, quòd hodiè nul
li regulari licet ex ſola licentia ſu-
perioris retinere vſumfructũ, vel
vſum, ſed hoc totum eſſe relictũ
ſoli Papæ, qui poteſt hàc licentiã
regularibus cõcedere, prout con
ceſſit dominus Pius quintus exẽ-
plo ſuprà allegato: deducere igi-
tur in pactum tempore profeſſio-
nis retinere vſumfructũ vel vſum
putarem eſſe contra Concilium,
& omninò prohibitum, quamuis
poſt profeſsionem de licẽtia Pa-
pæ poſſit hoc habere modera-
men argumento text. in. c. quod
Deo pari. 33. quæſt. 5. Abb. & com
munis in c. tua nos de iureiuran-
do. Prępoſitus in c. rurſus qui cle
rici vel vo. Cobarru. in 4. 2. parte.
c. 3. §. 1. num. 3.

Poſt hæc de voto paupertatis,
& de eius obſeruantia ex proximè
allegatis licet inferre ad ſtatutum
huius ordinis circa facultatem te
ſtandi religioſos. de quo cap. 5.
tit. 5. ibi. Eſtablecemos y ordena
mos, que los comẽdadores, y frey
les legos, dexando la taça, y mula
para el Maeſtre, y cauallo y armas
para el Comẽdador mayor, y ha-
uiendo cumplido con la entrega,
y coſas de la caſa, y los reparos a
que fueron obligados, puedan te
ſtar y diſponer de todos ſus bie-
nes patrimoniales, o adquiridos
por ſu perſona, ò intuitu de la or-
den. Y lo miſmo puedan hazer los
freyles clerigos que tienen benefi
cios, pidiendo licencia al Prior en
cuya Prouincia los tienen cada
tres años: y dexãdo la quinta par
te a ſus conuentos. Y eſta licencia
pueda dar el Prior de ſan Marcos
de Leon a los freyles del conuen-
to de Seuilla, que tienen benefi-
cios en ſu prouincia: y el de Vcles
a los que los tuuieren en la ſuya:
y exortamos y rogamos, a todos
los



los caualleros, y freyles de nue-
ſtra orden, que a ſu fallecimiento
hayan memoria de dexar y dexen
a los dichos conuentos, o al que
dellos mas deuocion auran, algu-
nos de ſus libros, y buenas y ſan-
tas eſcripturas que tuuieren, pa-
ra que queden y eſten en las li-
brerias de los dichos conuentos.
Quod ſtatutum fuit de promp-
tum ex conceſſione Pontificum
pręcipuè Clemẽtis, V. ſub his ver
bis licentiam, & facultatem con-
cedimus teſtandi de quibuſcun-
que bonis, per eos tã ratione Prio
ratuum, quàm aliorum beneficio
rum, relicta parte eidem ordini,
quę relinqui ſolet, quæ eſt quinta
pars bonorũ, quam gratiam poſ-
ſet facere Papam non eſt dubitan
dum ijs, qui iure vt Epiſcopi, aut
voto, vt regulares prohibẽtur te-
ſtari, vt in terminis reſoluit Na-
uarro, de regu. monito. 8. Couar-
ru. in c. cum in officio. num. 8. de
teſtamentis: Frater Hẽriquez, lib.
7. de indulgentijs. c. 21. pag. 541.
& hęc licentia Papę fuit omninò
neceſſaria, quia omnes diſpoſitio
nes vltimæ voluntatis prohiben-
tur religioſis, vt dicit text. cele-
bris in authentica ingreſsi. C. de
*Num. 23.* ſacroſan. Eccleſijs, in c. ingrediẽ
tibus. §. è contra. §. nunc autem
19. quæſt. 3. c. 2. de teſtamentis, &
hoc ex tribus rationibus. Prima,
quia non habent, neque habere
poſſunt aliquid proprium, vt ma-
net reſolutum, & probatur in di-
ctis iuribus, & in c. cùm ad mona-
ſterium de ſtatu monachorum, &
in cap. nollo, in cap. non dicatis.
12. quæſt. 1. in tantùm quòd etiam
veſtis, qua vtitur monachus nõ di
citur ſua, nec Breuiarium, nec ali-
quid quantum paruum poteſt di-
cere quod eſt ſuum. gloſ. in dicto
cap. non dicatis. Secunda ratio,
quia tales non habent nolle, nec
velle, & ſic non habet arbitrium
proprię voluntatis, vt in c. quorũ
dam. & in cap. ſi religioſus, de ele
ctione, lib. 6. nec poſſunt ſibi eli-
gere ſepulturam. c. finali. de ſepul
turis. lib. 6. nec agere de iniuria,
gloſa, & communis, in cap. parro
chiano, de ſententia excommuni-
cationis: gloſa, & Doctores, in. l.
ſi longius. §. ſi filius. ff. de iuditijs,
& in cap. non dicatis. 12. quæſt. 1.
nec poſſunt facere cõpatres, ſeu
cõtrahere cognationem ſpiritua-
lem, c. peruenit. 18. quæſt. 2. Ter-
tia ratio, quia monachus dicitur
ſeruus. c. multos ſeruos. 54. diſtin
ctione. vbi eſt optimus tex. quòd
monachus dicitur adſtrictus du-
riori ſeruituti, ſeu monaſterio,
quàm ſit ſeruus domino ſuo, ex
quibus omnibus euidẽter patet,
quòd etiam permittente abbate
monachus non poteſt facere te-
ſtamentum, argument. text. in. l.
qui in poteſtate, ff. de teſtamẽtis,
quia contra ius commune infe-
rior à Papa non poteſt diſpenſa-
re, c. propoſuit, de conceſsione
prebendę: in propriis terminis, re
ſoluit Philippus Francus, in rubri
ca de teſtamentis. lib. 6. num. 65.

Nauarro.de regul.illatio.1. num. 22.pag.75. Maior dubitatio tamẽ
Num.24. eſt,an regularis, iam quòd pro ſe non poteſt teſtari, an poſsit pro alio, tanquàm Commiſſarius, & reſpondetur,quòd poteſt niſi fuerit ordinis Minorum, nam religioſi huius ordinis,neque Commiſſarij, nec executores eſſe poſſunt, vt probat text.in Clement.exiui. §.proindè.§. verùm, de verborũ ſignificatione: cęteri verò iſto munere teſtandi pro alio, de licentia Pręlati ſanctè poterunt vti, nec ob id voto paupertatis contraueniunt,cùm hoc nihil aliud videatur eſſe in effectu,quàm agere inſtrumentum voluntatis alterius, prout pica,vel organum, ſicut aliàs dicit Conſultus,in l.licet, & l.qui autem.ff.de conſtituta pecunia.l.multum, Codice.ſi quis alteri,vel ſibi:Gloſ.& Docto. vbi Frãcus,num.7.in cap.fin. de procuratoribus.lib.6.aliqua ad propoſitũ refet Nauarr.de regul.§. quò ad vltimas verò voluntates,num. 57.pag.89.Iacobus de Arenis,de Commiſſarijs,num.32.tomo.8.1. parte.fol.195. vbi pro conſtante relinquit,quòd Commiſſarius poteſt eſſe monachus,aduertant tamẽ omnes religioſi,ne aliquo modo detrahant teſtatores à Legato ab electione ſepulturę,neuè in
Num.25. ducant teſtatores,vel ſibi confitẽtes,vt aliquid dent ſuis monaſterijs,contra quos talia agentes eſt cenſura Papalis in Clementina.1. de priuilegijs.

Poſt hęc redimus ad facultatem Pontificum conceſſam huic ordini circa teſtamenti factionem, quam,vt cõcluſimus, ſine dubio poſſunt concedere,quia ſuprà ius poſſunt diſpenſare, c. propoſuit. de conceſsione prebendę, reſoluit Nauarr.de regularibus illatio. 1.num.22.pag.75.Cobarru.in.4. 2.part.c.3.§.1.nu.18.circa quam facultatem dubitantur ſequẽtia, & primò an verificetur ſolùm in primo teſtamẽto,& videtur,quòd in primo teſtamento finiatur iſta gratia,per text.in.l.boues. 89. §. hoc ſermone.ff. de verb. ſignific. ibi.hoc ſermone, dùm nupta erit, primę nuptię ſignificãtur, tex. in l.dotis promiſsio. 69. ff. de iure dotium,bonus text.in cap.nõ poteſt.§.1.de prebendis.in.6.quę iura probant,quomodo conceſsio alicui facta, de prima vice tantũ intelligitur : hinc ſecuritas facta Banito, de primo veniendi actu intelligitur,ſicut per iura ſuprà allegata tenet Barto.in.l.1.ff.ad legem iu.de adulte.& Abb. in.c.2. de tregua,& pace,& poteſtas data arbitro in cõpromiſſo de prorogando termino compromiſsi, ſi nõ eſt dictum ſemel, vel pluries, intelligitur de prima prorogatione,& vnica, quod amplificat Felinus,in illo cap.2.de tregua & pace, & ita in proprijs terminis, quòd licentia data teſtandi in primo teſtamento tantum intelligatur:tenet Decius,Socinus, & alij, quos refert Cobarru.in.c.cùm in offitijs



offitijs de teſtamentis:contraria verò ſententia eſt verior,pro qua facit primò,quia diſpoſitio debet intelligi ſecundum naturam materiæ, ſuper qua fit, argumento text.in.l.in contractibus.§.fin.C.
Num.26. de non nume.pecu. l.ſi vicina.ff. locati,ſed natura teſtãdi eſt deambulatoria, atque mutabilis vſque ad mortem.c.vltima voluntas.13. queſt.2.c. cũ Marthę, de celebra. miſſa.bonus text.in.l.4.ff. de adimen.lega. & hoc vſque adeò procedit,quòd ſi faciens primum teſtamentum iurauerit non facere ſecundum, ſi fecerit,valet ſecundum,gloſ.verbo reuocatus,in ca. fina. de procurat. lib. 6. egregiè Andręas Alciatus,in cap. cùm cõtingat, in princip. de iureiurãdo. Cobarru. in c. quamuis pactum. 2.parte.n.9.Pinelus,in.l.2.C. de reſcindenda venditione.3. parte. num.3.Ioann. Gutierr. de iuramẽto confirmat.1.par.c.1.num.80. qui Doctores latè referunt,quòd quando iuramentum apponitur contractui ſua natura reuocabi-
Num. 27. li,reuocari poteſt, quamuis iurantes non reuocare, grauiter peccent, ita eſt in caſu propoſito, quòd natura teſtamẽti vſq;adeò eſt reuocabilis,vt reuocetur, non obſtante iuramento,quia iuramẽtum non mutat,ſed ſequitur naturam actus,cui adhęret, l. finali, cum ſuprà allegatis,optimus tex. in c.quemadmodum.de iureiurãdo:idque confirmatur, quia teſtamẽtum, in quo teſtator non perſeuerat vſque ad mortem, inutile eſt, & qui fecit in teſtatus deceſsit,vt dicit text.in.l.2.§.teſtamentum.ff.quemadmodum teſtamenta aperiantur.ibi.teſtamẽtum autem propriè illud dicitur,quod iure perfectũ eſt, & quod continet ſupremam voluntatem, text. in princip.de hęreditatibus, quæ ab inteſtato,ibi.Et qui teſtamentum fecit,ſi eius hæreditas non eſt adita, vel ruptum, vel irritum eſt teſtamentum, inteſtatus nõ impropriè dicitur deceſiſſe.l.inteſtatus. ff.de verborum ſignificatione:& tenendo iſtam ſententiam, non obſtat regula.l.boues.89.§. hoc ſermone, nam illa regula habet pluſquàm mille declarationes, inter quas vna eſſe poterit, quòd
non habeat locũ niſi in actu per- Num. 28.
fecto,& valido,qui produxit effectum ſuum, quia ſic cum effectu omnes diſpoſitiones intelliguntur,text.cum gloſ.verbo cùm effectu,in cap.relatum, de cleri. nõ reſidend.bonus textus,in.l.ſtipulatus.45.ff.de fideiuſſorib. ibi. ea enim locatio, quam ſequutus non eſt, perindè eſt, ac ſi interpoſita non eſſet,bonus text.in.l. nam & ſi parentibus.15.§.1.ff. de in offic. teſtamento,vbi, inquit Papinianus,non enim ſufficit litem inſtituere,ſi nõ in ea perſeueret,tex.in l.ſi pro patre. §. verſum. ff. de in rem verſo. ibi. Verſum autem ſic accipimus,vt duret verſum.l.2.§. illud.ff.de hæreditate vel actione vendita,in.l.diuortium.3. ff.de di

uortijs,ibi.diuortium non eſt,niſi quod animo perpetuã conſtituendi diſſenſionem fiat, bonus text. in.l.2. ff. ex quibus cauſis in poſſeſſionẽ eatur,ibi. hæc verba, nec defendatur, ita ſcripta ſunt, vt nec ſufficiat vnquàm defendiſſe, ſi non duret defenſio.glo.memorabilis in materia, in. cap. ex thenore,de reſcriptis,glo.magna in fine,ibi.& generaliter vbicunque poſſunt primę elidi exceptione, valent ſecundę,concludendo ergo intellectum ad illam.l. boues. 89. §. hoc ſermone dicimus non procedere, niſi in actu perfecto, qualis actus non eſt primum, nec ſecundum teſtamentum, in quo non perſeuerat teſtator vſque ad mortem,ita Couarru.in cap.cùm in offitijs.num.8.de teſta.Nauarrus.de redit.num.9.quęſt.3. pag. 389.& in c.placuit.nu.166.de pœnitent.diſtinct. 6. Sarmiento, de reditibus.c.4.4.part.fol.58.non obſtat text.allegatus per Deciũ, & Socinũ in dicto.c.nõ poteſt de prebendis.lib.6. quia reſpõdetur quod procedit in materia odioſa,& reſtringenda ad duo beneficia:bonus tex.in.c.quoniã.4.eodẽ tit.de preb.lib. 6. neq; obſtat text. in dicta. l. dotis promiſſio. 69.ff.de iure dotium,quia reſpondetur, quòd iſta materia dotandi eſt pariter oneroſa, ideò de primis tantùm nuptijs accipitur,reſoluit Nauarr.in dicto.c. placuit, num.169.de pœnit. diſtinct.6.

Num.29. Secundum dubium circa noſtram facultatem teſtandi eſt, an extendatur ad donationem cauſa mortis,& ad codicillum, & videtur quòd non, quia diſpẽſatio eſt iuris communis relaxatio,gloſ.& communis in c. vt conſtitueretur. 50.diſtinct. vndè eſt reſtringẽda, vt non extendatur,niſi ad permiſſa, regula odia. de regulis iur. lib. 6.cap.non poteſt, de prebendis. lib.6.quibus probatur, quod ius cõmune in minimo, quo poteſt, eſt lędendum per priuilegia.Secũdo facit quia Codicillus diuerſus eſt à teſtamẽto.l. ſi idem. 7. C. de codicil.ibi.Si idẽ codicillus, quod teſtamentum poſſet, cur diuerſis vocabulis vocarentur? pari ratione donatio cauſa mortis differt à teſtamento,vt probat text.cũ materia,in.l. 1. cum ſequentibus. ff. de donationibus cauſa mortis: per quæ,& ſimilia argumenta Decius Cõſil.512. Socinus. conſ. 89. 1.volum.in ea ſunt ſentẽtia,quòd facultas teſtandi non ſe extendat ad Codicillum, nec donationem cauſa mortis:contraria ſententia probatur per text. in regula. cui licet plus,licet vtique quod eſt minus. 53. de regul. iur. in. 6. ergo cui licet teſtari,licebit vtique donare cauſa mortis,& Codicillare, quod argumentum non latuit Decium,& Socinum ſuprà,qui reſpõdẽt,quòd procedat in eò,qui poteſt, quòd eſt plus iure proprio, non verò iure alieno : quam declarationem antè tenuit Hoſtien. Felinus,& quidam alij,in cap. poſtulaſti,de reſcriptis,cõcludentes illam regulam non procedere in diſpenſationibus in mandatis, vel alijs,quę iure alieno exercẽtur, in quibus mandati forma eſt diligẽter ſeruanda.l.diligenter.ff.mandati. c. cum dilecta de reſcriptis melior.text.de iure.in l. ſi pupillorum.7.§.ſi pretor.ff.de rebus eorum, vbi probatur,quòd in decreto Iudicis non habet locum argumẽtum de maiori ad minus, reſoluit Romanus ſingulari, 217. vbi aducit multa ſingularia ad propoſitum,hęc tamen doctrina non cõcludit,nam illa regula.cui licet. ſine dubio ſe extendit ad minus cõ-

Num.30. præhenſum in maiori, nam conceſſo toto, & partes conceſſæ videtur l.1.§.ſi quis ita.ff.de verborum obligatio. & in materia etiã odioſa,per tex.celebrem in.l.nec in ea.22.ff.ad.l.Iul. de adulte.vbi Papinianus ita argumẽtatur,qui occidere poteſt adulteram,multò magis cõtumelia afficere.l.in ſuis. 11.in fin.ff.de liberis & poſtum.in l.fi.C. de patribus qui filios diſtraxerunt, quibus probatur, quod patria poteſtas ſub eo, quod eſt plus, ſine aliqua extenſione continet quod eſt minus, elegãter Iulianus in l.Marcelus. 15.ff. de donationibus cauſa mortis.vbi concluditur, quòd cui permititur teſtari,permititur cauſa mortis donare,& de Codicillo idem concluditur.in.l.conficiuntur.8. ff. de iure codicillorum. ibi. codicilli toties valent, quoties quis teſtamẽtum quoque facere poteſt, & ita ex natura rei ſine aliqua extenſione facultas teſtandi compræhendit iſta tria,teſtamẽtum, donationem cauſa mortis, & codicillum reſoluit Nauarr.de reditibus.quęſtio.3.monito.10. pag.389. Sarm. de reditbus. 4. part. c. 4. fol.59. Frater Hentiquez.lib.6.de indulgentijs.c.21.§.6.pag.541.

Tertium dubium circa iſtam facultatem teſtandi eſt in illis verbis,relicta parte eidẽ ordini,quæ eſt quinta pars bonorum,quę verba excludunt omnem fraudẽ circa iſtam partẽ relinquendam conuentui,nam relicta parte eſt ablatiuus abſolutus,inducens formã. l.a teſtatore.ff.de conditionibus, & demonſtrationibus, & quælibet diſpoſitio in fraudem huius quinti eſt nulla, per text. ſingularem,in.l. filiæ.60.ff.ſoluto matrimonio,ex qua veluti ex vtero prodijt,text.in.c.2.de renuntiatione. lib.6.optimus text. in.l. ſi filia.5. ff. de diuortijs.in.l.ſi mulier.21.ff. de actione rerum amotarum, in l.cùm ratio.8.§.fraudis. ff. de bonis dãnatorum,melior text. in.l. quę pœnæ.8. ff. de manumiſsionibus.ibi. Marcellus ſcripſit libertates ab eo,qui iam.l. cornelia dãnatus eſſet,vel iam futurum proſpiceret,vt damnaretur,ſeruis datas non competere, qui eſt caſus celebris in propoſito, facit titul. de bonis libertorum.ff.vbi in grãde beneficium, quod patroni libertis contullerunt, ex ſeruitute adci- Num.31.

ad ciuitatem Romanam perducẽ
tes, ſtatutum eſt, quòd Patroni ex
omnibus bonis liberti quartã ha-
berent partem, & ea nullo modo
fraudarentur, ad ſimile Papa con
tulit religioſis huius ordinis aliàs
inhabilibus ad teſtandum grande
beneficium teſtamenti factionis,
relicto quinto cõuentui, ſicuti re-
licta legitima Patrono: ex. l. cum
patronus. ff. de legatis. 2. bonus
text. in cap. officij. de teſtamentis
vbi dicitur, quòd quidam reliquit
in teſtamento ſuo Epiſcopo pro-
priam portionẽ, & alia multa mo-
Num. 32. naſterijs, dicit text. quòd Epiſco-
pus debet eſſe contentus parte ſi-
bi legata, niſi conſtiterit, quòd in
fraudem partis debitæ Epiſcopo
modicum fuerit eidem Epiſcopo
relictum, quia tunc ne fraus, & do
lus alicui patrocinetur, Epiſco-
pus de omnibus relictis monaſte-
rijs, eccleſijs, & pijs locis poterit
exigere portionem, Canone con
ſtitutam: ex quibus omnibus iam
ſatis colligitur, quòd religioſi be
neficiarij huius ordinis, licet in vi-
ta eis conceſſa ampla facultas do-
nandi, & diſponendi in pios vſus,
tamen ſi morti fuerint proximi in
firmitate vè detenti, in fraudem
quinti nihil poterunt facere, ex
Num. 33. ijs, quę refert Sarmiento, de redi-
tibus Eccleſiaſticis. 4. part. cap. 4.
fol. 59. num. 6. vbi ad propoſitum
allegat text. celebrem in. l. ſulpi-
tius. 50. ff. de donationibus inter
virum & vxorem, ibi. Si color vel
titulus vt ſic dixerim, donationi
quęſitus eſt, nihil valebit traditio:
ecce, quomodo traditio donatio-
nis ex titulo diſcolorato nihil va-
let, optimus text. in. l. 1. in fine. ff.
de abigeis. optima glo. in verbo
deducendas. in. c. Reinuntius. de
teſtam. text. cũ glo. in. c. de ijs de
ſepulturis, ex quibus omnibus eſt
notandum ad. l. legatum. 37. ff. de
legatis. 2. vbi dicitur, quòd lega-
tum eſt quędam donatio teſtamẽ
to relicta, vbi gloſ. ponit ſingula-
rem quæſtionem, quid ſi teſtator
in vita ſoluerit legatum, an ex tali
legato ſoluto in vita debeatur Fal Num. 34.
cidia? & concludit, quòd ſi teſta-
tor incipiat à traditione abdican
do à ſe rem legatam, ex tali lega-
to nihil debetur hæredi, quia lega
tum ſic traditum deſinit eſſe lega
tum, & tranſit in contractum, &
donationem inter viuos, ſecùs ve
rò ſi teſtator non incipiat à tradi
tione, vel ſi tradiderit, dicat ſe tra
dere ex cauſa pręſentis legati, tũc
non tranſijt legatum in donatio-
nem inter viuos, neque in aliquẽ
contractum, ſed remanet legatũ,
ſicut anteà, in ſubſtantia virtute,
& effectu, & poterit ab illo legato
deduci. 4. Falcidia, vt reſoluit An
tonius Gomez, tom. 1. variarum.
cap. 12. num. 4. ita in noſtris termi Num. 35.
nis, ſi religioſus beneficiarius rem
legatam tradiderit in vita ſua, ab-
dicando à ſe proprietatem, & poſ
ſeſſionem, fortè ex tali re legata,
cũ cœperit à traditione, nõ debe
bitur quintum conuentui, ſecùs
verò ſi non cœperit à traditione,
quia



quia tunc militat regula legis Sul-
pitius, de qua ſuprà, & debebitur
quintum conuentui, vel ſi traden
do dicat, ex cauſa præcedentis le-
gati ſe tradere, & hæc ſufficiant
pro facultate teſtandi huius or-
dinis.

## EX CAP. SEQVENT.

1 *Quæ pendent ex ſuprema pote-
ſtate Papæ, non ſunt multum
euiſceranda.*

2 *Quamuis ad ſubſtantiam religionis
perfectæ pertineant tria vota continen-
tiæ, paupertatis, & obedientiæ, non ta-
men ita præciſè ſunt de ſubſtãtia, quin
quandoque limitata adhæreant ex be-
nigna interpretatione, & diſpoſitione
Pontificum.*

## SVMMARIVM.

*Tria vota ſubſtantialia religio-
nis perfectæ quandoque limitata
adhærent ex benigna interpretatione,
& diſpoſitione Pontificum.*

## CAPVT XII.

*IN eadem Bulla, ibi. ad ſuſcipiendam
quoque prolem, quæ in timore Domi
ni nutriretur, & infirmitatis humanæ
remedium iuxta inſtitutionem Domini,
& indulgentiam Apoſtoli, qui ait bonũ
eſt homini mulierẽ non tãgere, propter
fornicationẽ autẽ vnuſquiſq; vxorem
ſuam habeat, & ſimiliter mulier virũ
ſuum: qui cõtineri nequiuerit, coniugiũ
ſortiatur, & ſeruet inuiolatam fidem
vxori, & vxor viro, ne tori coniuga-
lis continentia violetur.* Hic Papa
rurſus repetit hunc ordinem con
firmare ſub communi vita clerico
rum, & laicorum ſub moderami-
ne, & indulgentia Apoſtoli, quod
deberet ſufficere, & non multum
euiſcerare, quę pendet ex ſupre-
ma poteſtate Papæ: argumento
text. in. l. 2. C. de crimine ſacrile-
gij. & in. l. quidam conſulebant. Num. 1.
ff. de re iudicata. gl. verbo procu-
raticem, in. c. cum dilecta. de con
firmatione vtile, vel inutile: & do
ctiſsimus Nauar. de regularibus
illatione. 1. nu. 22. pag. 75. Couar.
in. 4. 2. part. c. 3. num. 18. dicunt,
quòd quamuis ad ſubſtantiam re
ligionis perfectæ pertineant tria
vota continentiæ, paupertatis, &
obedientiæ, non tamen ita pręciſ
ſè ſunt tria vota de ſubſtantia,
quin quandoque limitata adhæ-
reant ex benigna interpretatio-
ne & diſpoſitione Põtificum, qui Num. 2.
votum paupertatis circa multas
religiones receperunt in particu
lari, non tamen in communi: idem
fecerunt circa votum continen-
tiæ, quòd in noſtra religione rece
perunt in caſtitate coniugale, ſi-
cut dicit ſtatum. titu. 5. cap. 6. ibi.
El voto de la caſtidad cumplen los
caualleros de nueſtra orden, viuiẽ
do caſtamente, ſi no tienen mugẽ
res, y ſi las tienen, guardando la
caſtidad conjugal, como en el ca-
pitulo veynte de la regla ſe contiẽ
ne, quæ eſt regula dictata à Cardi
nale Alberto, & confirmata: vt re
fertur, in Prologo, ibi. Y enton-
ces el Cardenal Maeſtro Alberto,
varon

varon ſanto y religioſo, y a eſta orden muy deuoto, aprobando por authoridad y exemplos del Apoſtol ſan Pablo, y de otros muchos ſantos Padres, ſer ſanta orden y digna de confirmacion, dicto, y ordeno la regla por ſu boca, y la eſcriuio por ſu mano, y la confirmo por el authoridad Apoſtolica.

## EX CAP. SEQVENTI.

*1 Diſpoſitio impediens libertatem matrimonij, maximè ſi fuerit appoſita pœna, cenſetur contra bonos mores, & eſt ipſo iure nulla.*

*2 Conſenſus, authoritas, decretum, cõſilium, arbitratus diferunt inter ſe.*

*3 De iure ciuili requiritur conſenſus patris pro matrimonio filiorum.*

*4 Filij, filiæ vè de iure ciuili nõ poſſunt contrahere matrimonium ſine conſenſu patris ſub cuius ſunt poteſtate, alioquin iniuſtæ ſunt nuptiæ, iniuſti liberi, iniuſta denique vxor, non tamen matrimonium eſt nullum, quod eſt contractũ ſine conſenſu patris.*

*5 Conſenſus patris requiſitus de iure ciuili debet præcedere, & non ſubſequi, nec ſufficit ratihabitio.*

*6 Filij mancipati parentum iniuſſu nuptias contrahere non vetantur, etiã ſi minores ſint annis vigintiquinque, in quo diferũt filij à filiabus, quæ propter ſexſus imbecillitatem, etiam ſui iuris effectæ parentum conſenſum in contrahẽdo matrimonium exigere tenentur.*

*7 In hoc numero ſeptimo agitur latè de interpretatione textus difficilis in lege tertia. §. ſi emancipatus. ff. de bonorum poſſeſſionibus, contra tabulas.*

*8 De iure ciuili filia contrahens matrimonium ſine conſenſu patris, antè quàm pater eſſet negligens ipſam maritare, quia non tranſiuit tempus viginti quinque annorum, poteſt exhæredari propter grauem iniuriam irrogatam patri.*

*9 Matrimonium ſolo conſenſu contrahentium perficitur, qui ſolus ſi defuerit, cætera etiam cum ipſo coitu celebrata fruſtrantur.*

*10 Solus conſenſus legitimè preſtitus in matrimonio concludit rationem materiæ, formæ, & miniſtri, quibus perficitur quodlibet ſacramentum.*

*11 Leges ciuiles, quæ diſponũt matrimonium filiorum, qui ſub poteſtate patris ſunt conſtituti, fieri non debere abſque conſenſu parentum, licet ex iuſtis cauſis exegerint parentum conſenſum, nunquàm tamẽ per eas fuit irritum matrimonium contra Paulum de Caſtro, & quoſdam alios.*

*12 Multi canones, qui videntur cõſtituere pro neceſſitate matrimonij filiorum conſenſum parentum, & docuntur per verba præciſſa, non de præciſſa neceſſitate, ſed de honeſtate ſunt accipiẽdi.*

*13 Iura ciuilia quòad matrimonium, & cætera ſpiritualia cedunt Iuri canonico, & ſubijciuntur ei.*

*14 Ob id ſolum exhæredari filius, filia vè non poteſt, quòd iniuſſu patris nuptias contraxerit in quacunque ætate contrahat.*

*15 In hoc numero decimoquinto agitur latè de interpretatione textus in authentica ſed ſi poſt. Codice de inofficioſo teſtamento.*





*16 Multa exempla ſunt in ſacra Scriptura pro exigendo conſenſum parentũ in matrimonio filiarum, quia filiæ propter earum fragilitatem ſæpe agunt contra propria commoda parẽtum: affectio, & ſolicitudo erga ipſas maritandas maxima eſt.*

*17 Exempla, & teſtimonia ſacræ paginæ pro exigendo conſenſu parentum in matrimonio filiarum non important neceſſitatem, ſed honeſtatem: & miracula veteris teſtamenti ſunt admiranda, non in exemplum trahenda.*

*18 Ex legitimo ſenſu authentici, vt cum de appellatione cognoſcitur. §. cauſas. collatione. 8. confirmato lege quinta, titulo. 7. Partita. 6. filia exhæredari non poteſt ex eò, quòd expreto conſilio patris matrimonium contraxit, niſi poſt quàm renuiſſet contrahære matrimonium cum eo, quem ſibi pater deſtinauerat, luxurioſam vitam elegiſſet.*

*19 Filia contrahens matrimonium cũ indigno, etiam ſine licentia patris, hodie non poteſt exhæredari, neque iſta cauſa inter cauſas exhæredationis numeratur à Iuſtiniano in authẽtico, vt cum de appellatione cognoſcitur. §. cauſas. collatione. 8. in quo corrigitur textus in lege 3. §. ſi emancipatus. ff. de bonorum poſſeſſionibus cõtra tabulas. authore Acurſio, ibi. in verbo ducta.*

*20 Statutum regulare ordinis diui Iacobi, exigens licentiam Magiſtri ad cõtrahendum matrimonium à ſibi ſubditis, non opponitur libertati matrimonij, quia matrimonia eſſe libera, non contradicit, quòd contrahantur cũ benedictione coram populo, cum conſilio, & approbatione maiorum, & hoc ſolum diſponit præfatum ſtatutum regulare.*

*21 Statuta pœnalia circa matrimonia ſuſtineri non poſſunt, quia negari non poteſt, quin metu pœnæ impediant matrimonium contrahendum directè vel indirectè.*

*22 Matrimonia vſque adeò debent eſſe libera, quòd quidquid impediat ipſorum libertatem nullam vim habeat, vndè non ſolùm repellitur conditio, quæ viduitatem inducit, ſed etiam illa cõditio, quæ propter reuerentiam induceretur.*

*23 Statuta laicorum diſponentia circa accidentalia matrimonij valent.*

*24 Statutũ ordinis diui Iacobi, quòd habiles ad contrahendum matrimoniũ, contrahant de licẽtia Magiſtri, nõ impedit libertatẽ matrimonij, nec diſponit circa ipſius ſubſtantialia, ſed circa accidẽtalia, intendens quòd milites cõtrahant ſecũdum honeſtiſſimum ſuum ſtatutum.*

*25 Statutũ ordinis diui Iacobi, quòd nemo reptatus admitatur ad religionẽ, niſi honeſtè fuerit liberatus à reptu, declaratur.*

*26 Rationes Euangelicæ pro tolerãtia, & pacientia amplectenda.*

*27 Duelum, quod ex triplici ſpecie procedit, omni iure eſt prohibitum, naturali, quia totum ius naturale tendit ad conſeruationem & augmentum vniuerſi, duelum ad deſtructionem.*

*28 Duelum Latinè, Grecè verò monomachia eſt dictum, quaſi duorũ ſpontanea aggreſſio, à monos, quod eſt vna, & machia, pugna, quaſi vnica pugna, & ſingularis certatio ex nulla cauſa publica inducta.*

*29 Cum omnis prohibitio de iure naturali, de iure etiam diuino procedat ſi-*

*quidẽ ius naturale eſt, quod in lege & in
Euãgelio continetur, duelũ prohibitũ iu
re naturali, iure etiam diuino prohibitũ
cenſetur, & in ſpecie prohibetur ex illo
præcepto Decalogi, non occides.*

30 *Omnis actus ex iure diuino prohi-
bitus, per quem fit tentatio Dei, qualis
eſt in duelo, quia ſperatur euentus per
ordinem naturæ non producibilis, niſi
preter rerum ordinem.*

31 *Iure Canonico, & Ciuili eſt probi
bitũ duelum, & deteſtabilis duelorum
vſus, fabricante diabolo introductus,
vt cruenta corporum morte animarum
etiam pernitiem lucretur, ex Chriſtiano
orbe penitùs exterminatur.*

32 *Duelum eſt illicitum tàm ex par-
te appellantis, quàm etiam recipientis,
& etiam iudicantis & conſulentium,
& fauorem præſtantium.*

33 *Multa ſingularia certamina legun
tur in veteri teſtamento, quæ ſucceßiſ-
ſe dicuntur diuina inductione, & Spiri
tus ſancti luminatione, quæ in nouo te-
ſtamento pro lege non tenentur, & ſic
ab eis non eſt arguendum.*

34 *Martinus Papa, qui indixit bel-
lum Regi Petro de Aragon, & Carolo,
cùm eſſet inter eos quæſtio de regno Si-
ciliæ, vt pugnarent cum centum militi-
bus, & qui eſſet victor regnum obtine-
ret, Papa non conceßit duelum inter il-
los duos Reges, ſed bellũ potiùs reſtrin
xit ad paucos.*

35 *Pugna non cruenta, neque inten-
ta ad ſanguinis effuſionem, ſed ad exer
citium, ſeu oblectationem populi, ſicut
ſunt haſtiludia, ludum Troyanum, ſiuè
Canarum non eſt in iure prohibita, ſed
permiſſa, vt laudabilis, eo adhibito mo-
deramine, quo cædes, & alia pericula
caueantur.*

36 *Lex ciuilis ex quadam remißio-
ne, & indulgentia interdum remitit
pœnam, & permittit impugnè, quæ re-
mißio non eſt ipſius legis approbatio.*

37 *Concilium Tridentinum, Seßione
25. capite, 19. in duelorum prohibitione
ſingulare eſt, & vnicum, & cum loqua
tur de eo duelo, quod impijs legibus ſer-
uatis efficitur, fortè non procedit in alio
quocunque conflictu.*

38 *Nulla conſuetudine, lege, neque ſta
tuto poteſt deteſtabilis duelorum vſus
excuſari pro ſua intrinſeca malitia.*

39 *Duelum, cum ex vtraque parte
ſit illicitum, & omni iure prohibitum,
licitè poteſt recuſari, ex qua recuſatione
nota infamiæ non incurritur.*

40 *In Republica ſemper fuit equeſter
ordo, ſecũdum gradum poſt clarißima-
tus dignitatem obtinens aggregationem
clarißimorum hominum, ex conſpicuis
natalibus prouenientium continens.*

41 *In aggregatione clarißimorum ho
minum ſemper fuit receptũ, ne quis ex
vltimis negotiatoribus, vel monetarijs
abiectiſque offitijs, vel deformibus mi-
niſterijs, ſtationarijs, omnique officiorũ
fece, diuerſiſque pactis, turpibus lucris,
tentaret aggregari, & aggregatus repe
leretur, & repulſus proprijs redi conſor
tijs cogeretur.*

42 *Statutum ordinis diui Iacobi, re-
pelens ab illius ordinis congregatione
prouenientes ex parentibus monetarijs,
abiectis offitijs, & deformibus miniſte-
rijs notatis, multis legibus iuuatur, con-
ſtitutis ſub titulo de dignitatibus, li-
bro doze.*

43. *Sta-*



43 *Statutum ordinis diui Iacobi, re-
pelens reptatos, procedit, non approban-
do duela, ſed diſponendo de qualitati-
bus futuris ad aggregationem huius or-
dinis, & procedit diſponendo de re pro
pria nemini faciendo iniuriam: vnde ca
ret quacunque nota, & procedit ſecun-
dum Canonicas, & legales ſantiones.*

SVMMARIVM.

*STatuta ordinis diui Iacobi de peten
da licentia à Magiſtro pro contra-
hendo matrimonium, & de repelendo
reptatos ſi non fuerint liberati à reptu,
iuſté procedunt.*

## CAPVT XIII.

I*Bi. Si autem viri præmortui fuerint,
& relictæ vxores, quæ ordinem ſuſ-
ceperunt nubere voluerint, denũtietur
hoc Magiſtro, ſiuè Cõmendatori, vt cũ
illius licentia cui mulier ipſa vult nubat,
ſecundum verbum Apoſtoli dicentis:
Mortuo viro ſoluta eſſe intelligitur mu
lier à lege viri, cui vult nubat tantum
in domino: quòd etiam de viris intelligi
tur obſeruandum, vna etenim vtrique
lege tenẽtur*. Ex quibus verbis dedu
citur. caput. 13. regulę, ibi. Aque-
llas mugeres cuyos maridos fuerẽ
muertos, queden en los monaſte-
rios, y ſi alguna dellas, q̃ en ſu or-
den viuio honeſtamente quiſiere
quedar fuera del monaſterio, pue
dalo hazer ſegũ la prouidẽcia del
Maeſtre: y ſi alguna quiſiere ca-
ſar, digalo a el Maeſtre, ò al Comẽ
dador, para q̃ caſe con quien qui-
ſiere por ſu prouidencia, ſegun di
ze el Apoſtol: Muerto el varon
ſuelta es la muger de la ley del va-
rõ, caſe con quiẽ quiſiere en el Se-
ñor: & inter ſtatuta ordinis, tit. 5.
c. 6. dicitur. Declaramos q̃ qual-
quier cauallero Comendador, o
freyle de nueſtra orden q̃ ſe quiſie-
re caſar ſea obligado a pedir licẽ-
cia de nos, declarando quien es la
muger cõ quien ſe quiere caſar pa
ra q̃ ſegun ſu calidad nos prouea-
mos lo que fueremos ſeruidos, te-
niendo cuẽta con la hõra, y auto-
ridad de la orden: y el que de otra
manera ſe caſare, paſſe por peni-
tencia de vn año, ò otra mayor, ſi
a nos pareciere darſela, la qual pe-
na queremos que aya lugar cõtra
el treze que ſe caſare ſin la dicha
licencia y ſin declarar, quien es la
muger, con quiẽ ſe quiere caſar, *Num. 1.*
y que pierda el officio de treze.
Capitula iſta vidẽtur habere diffi
cultatẽ, de. l. Ticia. 134. ff. de ver-
bor. obligat. vbi probatur, quòd
diſpoſſitio, quæ impedit libertatẽ
matrimonij, maximè ſi fuerit apo
ſita pœna, cenſetur cõtra bonos
mores, & eſt ipſo iure nulla, idẽ
probatur, in cap. gemma, deſpon,
ſalibus, ibi, cùm itaque libera ma
trimonia eſſe debeant, & ideò ta-
lis ſtipulatio propter pœnæ inter
poſitionem ſit meritò improban-
da, per quæ iura videtur dicendũ,
quòd ſtatuta ſuprà allegata, maxi
mè quia ponunt pœnam, ibi. Por
penitencia de vn año, ò otra ma-
yor, & ibi. que pierda el officio de
treze: talia ſtatuta non valeant, &
videantur contra bonos mores,
optimus tex. in materia in. l. lega-

 tum. 71.

tũ.71.§.reſcriptum eſt.ff.de con-
dit. & demõſtrationibus, vbi lega
tum relictum mulieri,ſi arbitratu
Titij nupſerit,legatum valet,&cõ
ditio extinguitur, quia impedit li
bertatem matrimonij, dificultas
eſt grauis:& pro deciſſione aduer
timus,quòd Doctores faciunt dif
ferentiam inter authoritatem, cõ
ſenſum,decretum, licentiam, cõ-
ſilium,& arbitratũ: authoritas de
bet interuenire ab initio actus,
nec ſufficit ex interuallo interue-
nire, vt patet in toto tit.ff.de au-
Num.2. thoritate tutorum,bonus text.in
l.ſi quis mihi.25.§.iuſſum.vbi glo
ſa. verbo perfecto negocio. ff. de
acquirenda hæreditate, vbi cõclu
dit glo.quòd ſi in aliquo actu re-
quiritur authoritas ſuperioris, ſi
actus perficitur,deindè ex inter-
uallo interuenerit authoritas, a-
ctus ille non valet,conſenſus autẽ
regulariter ſufficit interuenire an
tè, vel poſt,vt in. l.fin.C.ad Ma-
cedo.vbi conſenſus patris requi-
ritur in mutuo facto filiofamilias,
& ſufficit, quòd ſequatur per ra-
tihabitionem: decretum autem,
ſiuè licentia debet interuenire an
tè actum,aliàs non valet actus,au
thentica licentia.C.de Epiſcopis,
& clericis: conſilium requiſitum
ad aliquem actum pariter debet
precedere,vt probat text.in.cap.
cùm olim de arbitris, idem pror-
ſus iuditium eſt de arbitratu.l.cũ
tale legatum,71.§.ſi arbitratu. ff.
de conditionibus & demonſtra-
tionibus. vbi Doctores idem fa-
ciunt, quod relinquitur de arbi-
tratu,de conſilio,de conſenſu, de Num.3.
licentia,vel de authoritate, cõclu
dentes hæc omnia libertati matri
monij opponi.

Pro expeditione articuli conſti
tuimus,quòd de iure Ciuili filij,fi-
liæuè,conſtituti, cõſtitutæuè ſub
patris poteſtate, nõ poſſunt con-
trahere matrimonium ſine cõſen
ſu patris, vt probat tex.in. l.2. ff.
de ritu nuptiarum, ibi. nuptiæ cõ
ſiſtere nõ poſſunt, niſi cõſentiant
omnes, id eſt, qui coheunt, quo-
rumq; in poteſtate ſunt,in l. Pau-
lus.11.ff.de ſtatu hominũ,vbi con
cludit Conſultus,quòd cõceptus
ex matrimonio contracto ſine cõ
ſenſu patris iuſtus filius non eſt,
text.in.l. nec filium doze. C. de
nuptijs, ibi. ita tamen vt in con-
trahendis nuptijs patris tui cõſen
ſus accedat, text. in l. in coniun-
ctione filiarum. C. eodem tit. ibi.
in coniunctione filiarum in ſacris
poſitarum patris expectetur ar-
bitrium: ex quibus concludunt
Doctores, quomodò filijfami-
lias non poſſunt contrahere ma-
trimonium ſine conſenſu patris,
alioquin iniuſtæ ſunt nuptię, in-
iuſti liberi, iniuſta denique vxor:
& aduerte quòd iura non dicunt
matrimonium nullũ,quod eſt con
tractum ſine conſenſu patris, ſed
dicunt iniuſtas nuptias, iniuſtos li
beros,iniuſtam denique vxorem,
prout egregie aduertit Cuiatius,
lib.3. obſeruationum. c.5.quo lo-
co adducit ſentẽtiam Pauli, lib.2.





Sententiarum,titul. 19. dicentis,
propter publicam vtilitatem nu-
ptiarum eas, quæ iniuſſu paren-
tum contractæ ſunt,non diſolui,
vxorem tamen iniuſtam eſſe, in-
iuſtos liberos, iniuſtas deniq; nu-
ptias, & hęc eſt verior ſententia,
& magis fauorabilis nuptijs, quã
eas omninò annullare, prout an-
nullant plures,quos refert frater
Henriquez de matrimonio. cap.
6.lib.11.pag. 972. 973. circa quẽ
conſenſum patris aduertimus,
quòd exigebatur,vt precederet,
nec ſufficiebat ratihabitio, vt di-
cit text.in dicta. l.ſi quis mihi.25.
Num.5. §.iuſſum.ff. de acquiſita hæredita
te. text.formalis in princi. inſtitu
ta de nuptijs, & in. §.1. eod. titu.
ibi. dũ tamen ſi filijfamilias ſint,
& cõſenſum habeant parentum,
quorum in poteſtate ſint, nã hoc
fieri debere & ciuilis & natura-
lis ratio ſuadet, in tantum vt iuſ-
ſus parentis præcedere debeat,
non tamen exigitur,vt pater di-
cat ſe velle, ſatis namque eſt non
nolle, & taciturnitas in hoc ca-
ſu iuſſum immitatur textus. cele-
bris in.l.ſi vt proponis.5.C.de nu
ptijs, reſoluit Cuiatius ſuprà, &
ſi conſenſerit pater, nihil ouerit,
quòd inſtrumento ad matrimo-
nium pertinenti non ſubſcripſe-
rit, vt dicit text. in. l.2.C.de nu-
ptijs: liberi autem emancipati pa
rentum iniuſſu nuptias contra-
here non vetantur, vt dicit text.
Num.6. in lege filijsfamilias. 25.ff. de ritu
nuptiarum, ibi. filius emancipa-
tus, etiam ſine conſenſu patris
vxorem ducere poteſt, hac tamen
in re ſeparandi ſunt mares à fœ-
minis, filius emancipatus etiam ſi
minor ſit annis vigintiquinque, in
iuſſu patris poteſt contrahere, fi-
lia non, item quinimò ſi morte
patris filia minor annis viginti-
quinque, ſui iuris effecta ſit, ma-
tris conſenſum, & propinquorũ
exigere debet incontrahendo ma
trimonio propter ſexus imbecil-
litatem, & hoc quidem obtinuit,
primò in pupillis, vt dicit text.
in.l.1.C.de nuptijs, tùm in viduis,
vt dicit text. in. l.viduæ.18.C.de
nuptijs, deindè in virginibus pu-
beribus. l.in coniuntione,20. C.
de nuptijs: quas leges ex veteri-
bus Codicibus conponit Cuia-
tius dicto. lib. 3. obſeruationum
cap.5.pag.54.

Magna tamen hinc exiſtit quæ-
ſtio inter iuris profeſſores, an ob
id ſolùm exhæredari filius, filiauè
poſſit, quòd iniuſſu patris nu- Num.7.
ptias contraxerit: in quo dubio
occurrit difficilis texus, in. l. 3. §.
ſi emancipatus. ff. de bonorum
poſſeſſionibus cõtra tabulas, vbi
eſt caſus, quòd filius emancipa-
tus, vxore non ex voluntate pa-
tris ducta, nepotem procreaue-
rat, viuo filio nepos non fuit ad-
miſſus ad bonorum poſſeſſionẽ,
vndè liberi vel cõtra tabulas, quia
filius eum præcedebat, quo caſu
dicit Conſultus, ſi filius deceſſe-
rit in vita aui, nepos mortuo fi-
lio admititur ad bonorum poſſeſ-

ſionem,licet in poteſtate aui nun
quã fuerit,& quia litera Conſulti
eſt difficilis,recitabitur. Si emãci-
patus,inquit,filius, vxore non ex
voluntate patris ducta,filiũ fuerit
ſortitus, deindè nepos patre iam
mortuo ad poſſeſsionẽ aui vellit
venire admittẽdus eſt ad eam,&
cõcordat text.cũ hoc.§.in princ.
eiuſdem legis, & in.l. ſi mancipa-
tus.6.§.quòd ſi filium,& in.l.ſi re
tentus.7.ff.eod.titu. & ſi quæra-
mus rationem, eam reddit Con-
ſultus in eod. §. ſi emancipatus.
verſic. non enim, dicendo, non
enim per reſciſſionẽ is, qui filius
iuſtus eſt,efficitur non filius,cùm
reſciſsio quò magis admittatur,
non quò minùs adhibeatur,quo-
rum verborum cum gloſ. Dino,
&cum antiquis,ibi.Iſte eſt legiti
mus ſenſus,quòd bonorum poſ-
ſeſsio contra tabulas, quæ reſcin
dit teſtamentum ex ęquitate pre-
toris,eſt in fauorem liberorum in
ducta, ergo nõ debet in eorum lę
ſionẽ retorqueri: ita glo. magna,
in dicto.§.ſi emãcipatus. vbi Bar
tol.& Alber.hoc notant, & dicũt
ſingularem illum.§.ad multa quo
tidiana,quem. §. alio modo reci-
piunt multi, de quibus Andręas
Alciatus,lib.4.Parergõ.cap. 22.
alio modo recipiunt multi,de qui
bus Cuiatius.lib.3.obſeruationũ.
cap. 5. dicit præterea Conſultus
in eod.§.nam & ſi tã ignominio-
ſam duxerit vxorem filius, vt de-
decori ſit tàm ipſi, quàm patri
mulierem talem habere, dicemus
ex ea natum ad bonorum poſſeſ-
ſionẽ aui admitti, cũ poſsit auus
iure ſuo vti,eumque exhæredare,
& ita dicit Conſultus,quòd ſi con
tingat filium iniuſſu patris tàm
ignominioſam ducere vxorẽ, vt
dedecori ſit tàm ipſi, quàm patri
mulierem talem habere, dicemus
ex ea natum ad bonorum poſſeſ-
ſionẽ admitti,cùm poſsit auus iu-
re ſuo vti,eumq; exhęredare: ex
quibus verbis ſolet dubitari, an
ob id ſolum exhæredari filius, fi-
liauè poſsit, quòd iniuſſu patris
contraxerit, & videtur quòd poſ
ſit, per textum in authentica, ſi
poſt.C.de inofficio,quę educitur
de authentico, vt cum de appel-
latione cognoſcitur. §.aliud quo-
que,verſicu.cauſas,collatione.8.
habet ergo text.ſed ſi poſt vigin-
ti quinque annos, te differente
filiam marito copulare, in ſuum
corpus peccauerit, vel ſine cõſen
ſu tuo libero ſe copulauerit, eam
exhęredare non poteſt, tranſcri-
bitur. in l.5.titulo.7. Partita 6.&
Paulus Caſtrenſ.in. lege, ſi filiam.
19.C. eodem titulo. de inofficio
teſtamento.ſic colligit: nota, &
tene menti argumentum à con-
trario ſenſu, quòd ſi filia ante *Num.8.*
quàm pater ſit negligens ipſam
maritare,quia non tranſiuit aduc
tempus vigintiquinque annorũ,
ſe maritet ſine conſenſu patris,
poteſt iuſtè exhæredari: & hæc
concluſio procedit abſque dubio
de iure Ciuile,de quo non vale-
bat matrimoniũ contractum per
filiam



filiam ſine conſenſu patris. l.ſi vt
proponis 2. Codice, de nuptijs
cùm non ſit virginalis pudoris
quærere maritum, ſed curæ pa-
ternæ hoc ſit relinquendũ,cap.
honorantur.32. quęſt.2. ita Pau-
lus Caſtrenſis ſuprà, & probatur
iſta ſententia hoc argumento: ex
quibus cauſis filiæ poſſunt dene-
gari alimẽta,ex eiſdem poteſt ex-
hęredari.l.ſi quis à liberis.§.idem
iudex. ff. de liberis agnoſcendis,
ſed ex prefata cauſa poſſunt filiæ
denegari alimenta,ergo & exhæ-
redari, ita gloſ.celebris, in.l.fina.
verſiculo intelligi.C.de dotis pro
miſſione, & plus dicit Paulus Ca-
ſtrenſis in dicta authentica, ſed
ſi poſt. quòd etiam attento iure
Canonico, in quo non requiritur
conſenſus patris in matrimonio,
vt dicit glo.in l. Paulus.ff. de ſtatu
hominum, tamẽ ſemper remane-
bit in eo recta dicta cauſa exhęre-
dationis,& mouetur, quia ex quo
pater offenditur,dato quòd ma-
trimoniũ valeat, tamen erit iuſta
cauſa exhęredandi: item quia ſecũ
dùm eum ius Canonicum diſpo-
nit tãtummodò de validitate ma
trimonij,nihil autem diſponit cir
ca iniuriã patris remittendam, &
ſic ius canonicum eam non vide-
tur remittere: ita Paulus Caſtren-
ſis ſuprà, quem refert Rhoderi-
cus Suarez, in.l.2. tit. de los caſa-
mientos lib.3.fori.fol. 140. Pala-
tius Rubius, in. c. per veſtras. no-
tabili.3.§.5.pag.432.cæterum cõ-
tra Paulum Caſtrenſem ſaltèm de
iure Canonico faciunt plura, &
primò quia matrimonium ex pe-
culiari ſui ratione ſolo conſenſu
contrahentium perficitur. l.cum *Num.9.*
fuerit.15.ff.de cõditionibus & de-
monſtrationibus, ibi. nuptias nõ
concubitus, ſed conſenſus facit.
regula nuptias.31.ff.de regul. iur.
& multi ſunt Canones hoc expri-
mentes: in primis eſt text. Nico-
lai Papæ in c. ſufficiat. 27.quęſt.
2. ibi. ſuficiat ſolus conſenſus ſe-
cũdum leges eorum, de quorum,
quarumque conſenſu, & coniun
ctionibus agitur, qui ſolus ſi de-
fuerit,cætera etiam cum ipſo coi-
tu celebrata fruſtrantur, bonus
text. in c.cùm locum de ſponſali-
bus. vbi gloſa. verbo, ſolo: & in
Concilio Florẽtino.c.7.de ſacra-
mento matrimonij dicitur,quòd
ſolus mutuus cõſenſus per verba
de pręſenti expreſus eſt cauſa effi
ciens matrimonij: ex quibus ver-
bis cõciliaribus patet, quòd ſolus
mutuus cõſenſus in matrimonio
cõcludit rationẽ materiæ,formæ,
& miniſtri, quibꝰ perficitur quod
libet ſacramentum, vt patet in
eo Concilio Florẽtino,quod poſt *Num.10.*
quàm demõſtrauit materiam, for
mam, & miniſtrum cuiuſcunque
ſacramenti accedendo ad matri-
monium ſolùm dixit,quòd cauſa
efficiens matrimonij eſt ipſorum
contrahentium mutuus conſen-
ſus, non explicando aliam mate-
riam, formã, nec miniſtrum, ſed
includendo eſſentialiter hec om-
nia ſub illo mutuo conſenſu, mi-
rabi-

rabilis deciſſio Concilij Trident.
Seſſione.24.cap.1. de reformatio
ne,vbi damnat Cõcilium anathe-
mate falsò affirmantes matrimo-
nia à filijsfamilias ſine conſenſu
parentum contracta irrita, & nul
la:notat Couar.in 4.2. parte.c.3.
§.8.Hẽriquez.lib.11. de matrimo
nio. c.6.pag.973.Ex quibus ver-
bis conciliaribus optima, & indu
bitata inſurgit declaratio ad le-
*Num.11.* ges ciuiles ſuprà allegatas, quę di
ſponunt matrimonium filiorum,
qui ſub poteſtate patris ſint con-
ſtituti, fieri non debere abſq; cõ-
ſenſu parentum , ad quos perti-
net cura decentis ſtatus prolis,
quòd tales leges, licet ex iuſtis
cauſis exegerint parentum con-
ſenſum pro matrimonio filiorũ,
nunquàm tamen per eas irritum
fuit, vt quidam affirmarunt cum
Paulo Caſtrenſi relato à Rhode-
rico Suarez,in l.2.de los caſamien
tos. lib.3.fori. fol.140. à Palatio.
in c.per veſtras.notabili.3.§.5.pa
gi.432.Henriquez. lib. 11. de ma-
trimonio. cap. 6. pag. 973. & ita
concludimus,quòd etiam de iure
ciuili ſolo conſenſu contrahen-
tium erant nuptię validæ,licet nõ
iuſtæ ſine conſenſu parẽtum , qui
expectabatur ex iuſtis cauſis , in-
ter quas ea poterit reddi, quòd in
rebus arduis,& difficillimis, qua-
lè eſt matrimoniũ,patres ſemper
capiunt optimum conſilium pro
ſuis liberis, vt dicit tex.in l.nec in
ea. 22.ff. ad l.Iul. de adulterijs. in
l. Diuus. 5. ff. ad legem Põpeiam
de parricid. optimus text.in l. ſi
pater. 4.C. de ſponſalibus, ibi.
per iniquum eſt enim , vt contra
patriam volũtatem redempti for
ſitam tutoris , aut curatoris ad-
mittatur arbitrium,cùm plerum-
que etiam ipſius fœminę aduer-
ſus commoda propria inueniatur
laborare conſilium:quem text.ad
propoſitum allegat glo.fina.in c.
finali.32.queſt. 2.gloſ.in l.2.titu.
de los caſamientos.lib.3. fori, ex
qua optima ratione mouẽtur mul
ti Canones ad cõſtituendũ, quaſi *Num.12.*
pro neceſſitate matrimonij filio-
rum conſenſum parentum, vt pa
tet inter geſta Euariſtę Papæ,Epi
ſto.1.tomo.1. Conciliorum.pag.
311.refertur. in c. aliter. 30. quæ-
ſtio.5.Nicolaus Papa,in c.noſtra-
tes.eadem cauſa. & quæſt.Conci
lium Toletanum. 4. de quo in c.
fina.32.quęſt.2.in fortioribus ter
minis.text.in c.1.de deſponſatio
ne impuberum. vbi dicit tex.ſi pa
ter ſpoponderit pro matrimonio
filij impuberis,poſtquã filius per-
uenerit ad perfectam ętatem om-
ninò debet hoc adimplere, quę
dictiones,omninò,&debet,vidẽ-
tur importare omnimodam ne-
ceſſitatem pro conſenſu paren-
tum.argumento text. in cap. de-
bent. 11. quæſt.3.in hac tamẽ ma-
teria cùm ſimus in re omninò ſpi-
rituali, ſcilicet in matrimonio,fi-
liusfamilias ſui iuris cenſetur ad
validè contrahendum matrimo-
nium,etiam ſine conſenſu patris,
vt probant concilia ſuprà allega-
ta:



ta:text.ſingularis. cum ſua mate-
ria in cap.fina. de iudi.lib.6. vbi
glo.verbo debebis : & iura cano-
nica, quę videntur pro neceſſita
te matrimonij filiorum exigere
cõſenſum patris, procedunt in de
bito honeſtatis, nõ neceſſitatis,
ſicut dicit gloſ.verbo debet. in c.
1.de deſponſatione impuberum,
gloſ. verbo ſolo. in. cap. cùm lo-
cum de ſponſalibus.glo.verbo pa
rentum.in cap.fin.32.quęſt.2.ibi.
hoc tamẽ ad honeſtatem referas.
gl.verbo paterna deuotio.in cap.
cùm virum. 12. de regula. ibi. ali-
quãdo enim filius optemperat vo
luntati paternæ ex debito hone-
ſtatis, non neceſſitatis,20.quæ-
ſtio.1.illud. & c.puellę.& in matri
monio intellige infrà de deſpon-
ſati.impube.aliàs non cogitur fi-
lius ad hoc obtẽperare patri:cir-
ca quas gloſas eſt videndus Rho-
dericus Suarez.in l.2.de los caſa-
mientos. nu.1.fol.133.col.4.num.
14.fol.136.col.2.num.17.fol. 137.
colu.2. melius nu.20. fol.138.Co-
uarru.in 4.2.par.c.3.§.8.in princ.
Doctor Perez lib. 5. ordinamẽti.
titu. 1. pag.25.qui Doctores con
cludunt,quòd tex.in c. aliter. in
cap.noſtrates.30.quęſt. 5. in cap.
honorantur. in cap.finali.32. quę
ſtio.2. procedunt iſta iura de ho-
neſtate, non verò de neceſſitate:
& ſi iura ciuilia multum inſtẽt cir-
ca conſenſum parentũ in nuptijs
filiorum corriguntur per ius Ca-
nonicum, cuius foro relinquitur
matrimonium.cap.tuam.de ordi-
ne cognitionum, cap.de pruden-
tia de donationibus inter virum,
in cap. fina. de ſecundis nuptijs:
quam reſolutionem poſuit glo.
in cap.ſufficiat.27. quæſt.2. gloſ.
in l.Paulus.11.ff.de ſtatu hominũ. *Num.13.*
glo.in princip.inſtitu.de nuptijs,
verbo.ciues. ibi. ſed aliud eſt de
iure Canonũ, quod pręualet.Bo
na glo.in l.2.tit.1.de los caſamien
tos.lib. 3. fori, reſoluit Rhoderi-
cus Suarez. ibi. Couar.in 4.2.par
te.cap.3.§.8.fol.49. Palatius Ru-
bius.in c. per veſtras. 3. notabili.
§.20.pag.457.458. ibi. ſtabimus
ergo diſpoſitioni iuris Canonici
quòd ad validitatem matrimonij
ſolùm requirit cõſenſum eorum,
de quorum matrimonio agitur,
& iura ciuilia contra hoc diſponẽ
tia directè , vel indirectè , perpe-
tuò,vel ad tempus etiam ex hone
ſtiſſima cauſa non valẽt , nec ſunt
ſeruãda,quibus legibus circa ſpi-
ritualia obſequendi manet neceſ
ſitas, non authoritas imperandi,
cap.Eccleſia.de conſtitu.cap.fin.
de rebus Eccleſię. cap. bene qui-
dem , nonageſima ſexta diſtinct.
& ita manet ſoluta prima pars il-
lius magnæ quęſtionis inter iuris
Ciuilis profeſſores, quòd filij ſiuè
ſui,ſiuè emancipati , validè con-
trahunt matrimonium ſine con-
ſenſu patris , & quidem ſine peri-
culo exhæredationis, vt reſoluit
Cuiacius lib.3.obſerua.c.5.ibi. at
magna hinc exiſtit quęſtio inter
iuris profeſſores , an ob id ſolum
exhæredari filius , filiaue poſſit,

quòd iniuſſu patris nuptias contraxerit, quod ipſe quidem ſine vlla diſtinctione ſemper negaui, & Num.14. apud Gentianum Herbetum virũ optimum, & eruditiſſimum relata Theodorij Balſamonis Patriarchæ Antiocheni ſententia id apertè confirmat, ſiuè igitur ſui, ſiuè emancipati liberi nuptias iniuſſu patris contrahant, licet illo caſu iniuſtæ ſint nuptiæ, non tamen à patre iuſtè ob id exheredãtur liberi nuptias contrahẽtes: hæc Cuiatius ſuprà, & Rhodericus Suarez in l.2.tit.de los caſamientos.lib.3.fori.fol.140. colu.2. poſt longã diſputationem cõcludit, ego credo quòd nec de iure ciuili, nec canonico iſti dicant veritatem, imò quòd propter hoc, quòd filia contrahat matrimonium ſinè patris conſenſu antè vigeſimũquintum annum non poſſet exheredari, primò quia hodiè omnes cauſæ exhæredationis ſunt ſublatæ præter quàm illæ quatuordecim, quę numerantur in authentico, vt cũ de appellatione. §. cauſas. collatione.8. vbi Iuſtinianus accedens ad numerãdas cauſas exhęredationis, pręmitit pręter ipſas nulli liceat ex alia lege ingratitudinis cauſas opponere, niſi quę in huius conſtitutionis ſerie continentur, inter quas cauſas non connumeratur, cõtrahære filiũ ſine conſenſu patris, reſoluit Rhodericus Suarez ſuprà: Couar. in 4.2.part. c.3.§.8.n.5. ibi. tertiò ex pręmiſſis apparet, filiam matrimonium cõtrahentem in facie, quod aiunt, Eccleſiæ etiam ſine licentia patris non poſſe iure à patre exheredari, nemini enim facit iniuriam filia, quæ iure permitente matrimonium contrahaxit: at ius Canonicum permittit, filiam contrahære matrimonium ſine cõſenſu patris, quia idem ius liberum conſtituit conſenſum ad coniugium, quòd ſi filia contrahens ſine conſenſu patris poſſet paterna hæreditate priuari, minimè auderet liberè nubere cui vellet, ita Couarru. ſuprà Doctor Perez lib. 5. ordinamenti: tit.1.pag.24. ibi. quo fit filiam exhæredari non poſſe ex eo, quòd validè matrimonium cõtrahaxerit de iure Canonico, etiã ſine conſenſu patris requiſito à lege vel ſtatuto. Molina de primogeni.lib.2.c.16. pag.367.num.6. ibi. dicendum eſt filiam ex matrimonio in facie Eccleſiæ abſq; licentia, ac conſenſu parentis contracto non poſſe aliquo pacto exhęredari, quamuis enim legibus Cæſarum, adque Regijs diſpoſſitum ſit, quòd filia nubens abſq; parentis conſenſu poſſit exhæredari, id tamen iure Canonico repugnat, quo ſtatutum eſt, filiam poſſe liberè abſque parentis conſenſu, vel licentia nubere, & cùm hæc ſit materia ſpiritualis, ius ciuile, quatenùs canonico repugnat, ſeruandum non eſt, ne ex pœnarum appoſſitione matrimonij libertas infringatur.

Poſt hęc reſtat reſpondere ad text.



text. in authentica, ſed ſi poſt. C. de inofficio. dùm inquit, ſed ſi poſt vigintiquinque annos, te differente filiam marito copulare, in ſuum corpus peccauerit, vel ſine conſenſu tuo liuero ſe copullauerit, eam exhæredare non poteſt: Num.15. ergo à cõtrario ſi filia antèquàm pater ſit negligens ipſam maritare, quia non tranſiuit adhuc tempus vigintiquinque annorum, ſe maritauerit ſine conſenſu patris, poteſt exhęredari, hoc argumento ſumpto à contrario ſenſu hãc rem pro indubitatã habuit Paulus Caſtren. in l. ſi filiam.19.C.eo. tit. & cum Paulo tenent plures, quos ſuprà allegauimus: & preter allegata in gratiam Pauli Caſtrẽ. videtur iuſta cauſa exhæredationis, quòd filia minor vigintiquinque annis (quo tẽpore patri nulla poteſt negligentia imputari) liuerè contrahat ſpreto conſilio paterno, in quo videtur filia exiſtere multùm ingrata, & perconſequens cauſam exhæredationis dare, quia pater totum amorem, quem habet erga liberos, de quo in l. reſcripto in fine. ff. vnde liberi. in l. iſti quidem. ff. quod metus cauſa, totum iſtum amorem, & ſolicitudinem conuertit pater erga filias maritãdas propter earum fragilitatem, & quia ſæpe agunt contra propria commoda, vt dicit text. ſingularis in materia. in l. ſi pater. C. de nup. & in l. 2. C. ad Velleia. & l. fina. §. filij autem. C. de boniſque liberis, quibus ſatis oſtenditur paterna affectio, & ſolicitudo erga maritãdas filias, contra quam affectionem exiſtit ingrata filia contrahens ſine licentia patris, quæ ingratitudo plana videtur ex multis locis ſacræ Scripturę. Gene.24. Vbi ſeruus Abrahę pro coniugio Rebeccæ non requiſſiuit puellam, ſed parentes eius, qui reſponderunt. En Rebecca coram te eſt tolle eam, Num.16. ſit vxor filij domini tui, itẽ Agar accepit vxorem filio ſuo Iſmaëli de terra Egypti. Geneſ.21. Iacob, licet multum amaret Rachel, & ſemel deceptus, ſine patris cõſenſu eam in coniugem non accepit. Geneſ.23. item Labam promiſſit dare, & dedit filias ſuas in vxores, Gene.29. Simile legitur Deutero. 22.1.Reg.27. Tobię.8. dixit Tobias ad Raguelem, hic non manducabo niſi promittas mihi Sarrã filiam tuam inconiugem, Eccleſiaſtici.7. dicitur filiæ tibi ſunt, ſerua corpus illarum, & non oſtendas faciem hilarem ad illas, trade filiam, & grande opus feceris, & homini ſenſato da illam, quibus authoritatibus videtur patens ingratitudo fillię contrahentis ſine conſenſu patris: & multa ad propoſitum refert Palatius Rub. in cap. per veſtras. de donationibus. 3. notabi. §. 3. pag. 425. §. 4. pag. 430. §. 5. pag. 432. Frater Petrus de Ledeſma, de matrimonio. q. 47. art. 6. pag. 270. Precedentia non ſunt tàm efficatia, vt faciant ceſſare ſuprà allegata, & nõ obſtat argu-

argumẽtum à contrario ſenſu de authentica ſed ſi poſt. C. de in offitio, reſpondetur cum gloſa. verbo vſque. in dicto authentico, vt cùm de appellatione. §. cauſas. collatione. 8. quòd ſenſus illius authentici eſt, ſi pater vellit filiæ ſuę maritum dare, & dotem ſecundũ vires ſubſtantiæ ſuæ pro ea præſtare, & illa non conſenſerit, ſed luxurioſam degere vitam elegerit, poteſt exhæredari: ecce quomodo argumentum à contrario ſenſu ſumitur ad hoc, quòd ſi elegerit filiam luxurioſam vitam poteſt exhæredari, non verò ſumitur, ad hoc, quòd ſi contraxerit ſine licentia patris poſſit exhęredari, ita glo. in dicto authentico, quę poſtillando illum text. in parte vſq; ad vigintiquinque, dicit ergo è cõtra, ſi fuiſſet minor, & peccat in ſuum corpus, iuſta eſt cauſa exhæredationis, vel etiam maior, ſi copulet ſe ſeruo, verba ſunt gloſæ, quæ mirabiliter ſic intelligit dictum argumẽtum à contrario ſenſu, non autem quòd poſſet exhæredari, ſi ante vigintiquinq; annum matrimonium contraxiſſet abſque voluntate patris, ita Rhodericus Suarez, in dicta. l. 2. titu. de los caſamientos. lib. 3. fori, fol. 140. col. 3. vbi concludit: tene mẽti, quia vidi valẽtiſsimos viros decipi in intellectu dicti authẽtici in argumento à cõtrario ſenſu. Ad authoritates ſacræ Scripturæ ſuprà allegatas reſpondetur, quòd ſolùm important honeſtatem in filia exigendi cõſenſum patris, & ſi multum vrgeant præfatę authoritates reſpondetur: quòd non omnia, quæ reperiuntur in ſacra Scriptura, ſunt trahenda in cõſequentiam, vt dicit text. in cap. plerumque. 2. quęſt. 7. in cap. nos ſi in competenter, ea. cauſa & quęſtione, ibi. miracula & maximè veteris teſtamenti ſunt admiranda, non in exemplum noſtræ actionis trahenda. Num.17.

Nunc ſupereſt reſoluere ad quã ſententiam ex pręcedentibus ſe inclinet ius noſtrum Regium, & 1. de iure Partitarum eſt text. in. l. 5. titu. 7. part. 6. ibi. E otroſi quãdo el padre quiſiere caſar ſu fija, è la dotaſſe ſegun la riqueza que el ouieſſe, ſegun que pertenecieſſe a ella, è aquel con quien la queria caſar: ſi ella contra ſu voluntad del padre dixeſſe, que no queria caſar, è deſpues deſto fiziere vida de mala muger en puteria, poderlaya el padre desheredar por tal razon: quę lex expreſsè videtur concordare cum dicto authẽtico, vt cũ de appellatione. §. cauſas, dùm dicit text. quòd luxurioſam vitam elegiſſet, poſtquàm renuiſſet contrahere matrimoniũ cum eo, quem ſibi pater deſtinauit, quæ verba ſunt tranſcripta in pręfata. l. partitæ, quæ apertè ſentit, exhæredari filiam ex eò, quòd ſpreto conſilio paterno vitam luxurioſam elegerit, & ſic non ſufficit nubere ſine licentia patris, vt filia poſsit exhęredari ſecundum tenorem Num.16.



tenorem huius. l. Partitæ, quam ad propoſitum notat Gregorius, ibi. verbo: que no queria caſar, dicendo, hoc idẽ habetur in dicto. §. cauſas: ex alia parte eſt. l. 10. tit. 1. Parti. 4. ibi. Pero ſi aquel con quien el padre quiere caſar alguna dellas, fueſſe tal que conuinieſſe, è que ſeria asaz bien caſada cõ el, maguer que no la puede apremiar, que cumpla lo que el hauia prometido, puede la desheredar, porque no agradece a ſu padre el bien que le fizo, è fazele peſar no le obedeciendo. Eſto ſe entiende ſi deſpues deſto ſe caſare ella con otro, contra voluntad de ſu padre, o fizieſſe maldad de ſu cuerpo: ecce duas. l. Partitarum diuiſas, in duas opiniones, & ſententias ſuprà relatas, & hoc vltimum de iure fori, apertiùs reperitur in l. 5. tit. 1. de los caſamientos. lib. 2. fori. ibi. Si la manceba en cabello caſare ſin conſentimiento de ſu padre, è de ſu madre, no parta cõ ſus hermanos, en la buena del padre, ni de la madre, fueras ende, ſi el padre, o la madre la perdonaſſen, è ſi el vno la perdona, y el otro no, ſiendo ambos viuos, aya ſu parte en la buena de aquel que la perdonare: è ſi el vno fuere viuo y el otro no, è al tiempo que caſare aquel que es viuo la perdonare, parta en los bienes de ambos: qua. l. cùm ſuperiori partitę. 10. titulo. 1. Part. 4. non obſtãte, à prima opinione confirmata pariter. l. Partitæ, non eſt recedendũ, & quaſcunque leges huic oppinioni contrarias reſpondemus Iure Canonico ſublatas eſſe, nec vim legum habere, quatenùs pœnas inferunt matrimonium contrahentibus ſine conſenſu patrum, & principes noſtri fortè eas tulerũt ſolùm ad illam honeſtatem perſuadendam, quę conſiſtit in exigẽdo patrum cõſenſu ab ipſis filiabus, non tamen inducant neceſſitatẽ contra iura Canonica ſuprà allegata, ita Couarru. in. 4. 2. part. c. 3. §. 8. num. 6. vbi concludit hodie ſublatam eſſe deciſsionem Cõſulti, in dicta. l. 3. §. ſi emãcipatus. ff. de bonorum poſieſsionibus, cõtra tabulas. Molina. lib. 2. de primogenijs, c. 16. fol. 867. ibi. quid fiet, ſi filia contraxerit cum indigno, ſine licenaia patris? an incurrat hanc exhęredationis pœnam? & de hoc videtur caſus ſingularis in dicta. l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de bonorum poſſeſsionibus, contra tabulas, qui probat, quòd ſic, nã ſi tam ignominioſam, inquit, duxerit vxorem, quòd ſit dedecus ipſi patri, exhæredare poterit, qui text. ponderari poteſt, quòd loquitur in filio, in quo non tanta honeſtas, ſicut in filia requiritur, & tamen permittit illum ob hoc poſſe exhæredari, & Baldus, in. l. ſi pater. C. de ſponſalibus, tenet expreſsè hanc eſſe iuſtam cauſam exhæredationis, allegando text. in dicto. §. ſi emancipatus, & licet Baldus, ibi. videatur loqui à ſeipſo, hoc tamen habuit à Barto. literaliter

raliter idem tenente, quem ipſe
pro more tacet. Barto. igitur. in. l.
ſi rogatus. ff. de manu. vindicta
hoc expresſè tenet, quem repetit
Baldus, in. l. nec filium. C. de nu-
ptijs, dicens quòd ſi filius inhone
ſtè contrahit matrimonium, pa-
ter poteſt eum exhæredare, ne
vilisſimam prolem, quæ indè naſ-
citur, habeat ſuceſſorem, quia ex
ijs totum genus eſt infamatum,
ita Bald. ſuprà, quem ad propoſi-
tum refert Suarez, in. l. 2. titu. de
los caſamiẽtos. lib. 3. fori. fol. 141.
Palatius Rubius. in. c. per veſtras.
3. notabil. §. 7. pag. 434. Cuiatius.
lib. 5. obſeruat. cap. 5. pag. 54. ibi.
at vtroque caſu ſi ſe ad turpem &
infamem perſonam nuptijs con-
tractis aplicauerint liberi, iuſta ex
hęredationis cauſa erit, pertinet
enim ea res ad infamiã, & dedecus
familię, & à Iuſtiniano quoque in
nobella. 115. nonnihil adtacta eſt:
& hanc ſententiam videtur tene-
re Gloſ. 1. in authẽtica, ſed ſi poſt.
C. de in officioſo. vbi concludit
per illum text. quòd quocunque
tempore filia contrahat ſine licen
tia patris cum ſeruo, & ſit cum in
digno, poterit exhæredari, quam
gloſam ad hoc notant, ibi. Ioãnes
Faber, & alij antiqui, & hoc vide-
tur eſſe maximè conforme natu-
ræ nuptiarum, quę debent eſſe
conuenientes de iure, & de facto,
vt dicit gloſ. in. l. ſi rogatus. 20. §.
matrimonij. ff. de manumisſis,
vindicta. verbo. matrimonij. gl. in
§. ſi aduerſus, inſtituta de nuptijs,
quas gloſas cum multis Doctori-
bus allegat Palat. Rub. in cap. per
veſtras. 3. notab. §. 7. pag. 434.

Contraria ſententia, imò quòd
contrahære cum indigno, etiam
ſine licentia patris, hodie non ſit
iuſta cauſa exhæredationis, pro-
batur ad literam in dicto authen-
tico, vt cum de appellatione co-
gnoſcitur. §. cauſas. collatione. 8.
vbi Iuſtinianus ad illam ſuam no-
uam conſtitutionem pręſuppo-
nit diuerſas leges, latas circa cau- Num. 19.
ſas exhæredationis, quarum, in-
quit, aliquę nec dignę nobis ad in
gratitudinem viſſę ſunt, aliquę ve
rò, cùm eſſent dignę prætermiſ-
ſæ ſunt, ideò neceſſariũ eſſe per-
ſpeximus eas nominatim pręſen
ti lege compræhendere, vt preter
ipſas nulli liceat ex alia lege ingra
titudinis cauſas opponere, niſi
quæ in huius conſtitutionis ſerie
cõtinentur, & in verſiculo cauſas.
cõnumerat quatuordecim cau-
ſas exhęredationis, inter quas põ
deratas ab Acurſio, ibi. nõ inueni
tur, quòd exhæredetur filia cõtra-
hẽs ſine patris licẽtia, etiam cum
indigno, vndè eã exhęredari eſt
contra Iuſtinianum: põdero alio
modo illud verſiculum ſi alicui,
vbi text. dicit, quòd ſi filia non cõ
ſentit in marito, quem pater ſibi
dat, poterit exhęredari, ſi luxurio
ſam vitam elegerit poſt quàm nol
lit conſentire in matrimonio pa-
tris, & iſtę eſt legitimus ſenſus il-
lius literę, quòd ſolùm filia exhæ-
redetur, ſi luxurioſam vitam ege-
rit



rit poſtquàm nolluit conſentire
cum matrimonio patris, non ve-
rò poterit exhæredari, ex quo cõ
traxit ſine conſenſu patris, etiam
cũ indigno, vt recipitur ab Acur-
ſio in dicta authẽtica, & melius in
dicta. l. 3. §. ſi emancipatus, in ver
bo. ducta, ibi. ſed non impunè, vt
quando ignominioſam, quia po-
terat exhęredari ſecundum hæ iu
ra: ecce Acurſius tenet exhæreda
tionem, de qua, ibi, procedere de
iure antiquo, & quòd ille. §. hodie
corrigitur, vt reſoluit Rhoderi-
cus Suarez, in. l. 2. de los caſamien-
tos, lib. 3. fori. fol. 141. ibi. ſufficit,
quòd quantum ad articulum ex-
hæredationis, illa opinio videtur
mihi verior, quòd etiam ſi nubat
indigno, nõ incurrit pœnam ex-
hęredationis per ius authentico-
rum. Couarru. in. 4. 2. part. cap. 3.
§. 8. num. 5. ibi. ſed aſſertio com-
munis locum habet, etiam ſi filia
nubat turpi, vel indigno, ante vi-
geſsimũquintũ annũ, etiam ſi pa-
ter vellet eam tradere in vxorem
æquè digno viro, & honeſto con-
grua ſibi conſtituta dote, ob hãc
libertatem, quę in coniugali con-
ſenſu requiritur, potiùs enim per
mittenda eſt hæc iniuria, quæ pa-
tri fieri videtur indirectè, quam
quòd libertas matrimonij impe-
diatur: & Molin. lib. 2. de primog.
c. 16. n. 8. §. ſimiliter, ibi. ſimiliter
etiã idipſum procedit, nõ ſolũ in
filia, quę virum dignum elegit, ſed
etiam in ea, quæ abſque promiſ-
ſione dotis indigno nupſit, & hoc
eſt tenendum contrà text. in. l. 2.
tit. 1. lib. 3. fori, & contra leges ſu-
prà allegatas, quas eſſe correctas
reſoluunt Doctores ſuprà citati,
eas tamẽ in ſingulari caſu retinet
Rhodericus Suarez, vbi ſuprà, vbi
vult, quòd ijs concurrẽtibus, ſci-
licet quòd pater volebat filiam
ſuam maritare cum homine ſtatui
ſuo cõuenienti, & ipſa recuſauit,
& poſteà matrimonium contra-
xit cum indigno, vel inimico pa-
tris, quòd tunc poſsit illam exhæ-
redare, maximè in caſu vbi pater
promiſsit alicui filiam ſuam in ma
trimonium, & dicit Rhodericus
Suarez ſe credere, hoc non aduer
ſari Iuri Canonico, motus ex do-
ctrina Baldi, in. l. 1. §. ius naturale.
§. de iuſtitia & iure. & in. l. omnẽ.
C ad Tertulianum, quam doctri
nam refert Gregorius Lopez, in.
l. 10. tit. 1. Partita. 4. verbo, puede
la desheredar, & hoc pro aliquali
ſtudio ad text. in dicta. l. 3. §. ſi emã
cipatus, cuius cauſa fecimus tan-
tam digreſsionem à noſtro inſti-
tuto, ad quod redeuntes, iam pe-
tit ſolutionem difficultas oppoſi-
ta de verbis Bullæ confirmatio-
nis, ibi. ſi autem viri præmortui
fuerint, & relictæ vxores, quę or- Num. 20.
dinem ſuſceperunt, nubere volue
rint, denunciatur hoc Magiſtro,
ſiue Commendatori, vt cum illius
licẽtia cui mulier ipſa vult nubat
ſecundum verbum Apoſtoli dicẽ-
tis, mortuo viro ſoluta eſſe intelli
gitur mulier à lege viri, cui vult
nubat, tamen in Domino, ex qui-
bus

bus verbis educitur c. 13. Regulę, ibi. Aquellas mugeres cuyos maridos,&c. quæ regula ſimul cum bulla nullo modo opponitur libertati requiſitæ in matrimonio contrahendo, ſi aduertamus in contrahendo matrimonio valdè eſſe laudabile, quòd contrahatur coram populo in conſpectu Dei, & Eccleſię, cap. cum inhibitio de clādeſtina deſpōſatione, & quòd fiat cum maturo conſilio parentum, & propinquorum. l. 2. ff. de ritu nuptiarum. l. Paulus. 11. ff. de ſtatu hominum. l. nec filium. 12. l. in coniunctione. l. ſi vt proponis. C. de nuptijs. c. honorātur, c. fin. 32. quęſt. 2. cap. aliter. cap. noſtrates, 30. quęſt. 5. cap. 1. de deſponſatione impuberū, & hoc propter multas rationes, inter quas illa eſt bona ratio, quòd parentes ſemper capiunt optimum conſilium pro liberis. l. nec in ea. 22. ff. ad. l. Iul. de adulte. l. diuus. 5. ff. ad. l. Pōpe. de parrecidijs, & mulieres ſemper procurant propria incōmoda, vt in plurimum agant ea, quę parant eis triſtem exitum. l. fin. §. filijs, C. de bonis que liberis. l. ſi pater. C. de ſpōſalibus: plura ad propoſitum recenſet Palat. Rubius. in c. per veſtras. notab. 3. §. 3. pag. 425. Petrus de Ledeſma, de matrimonio. quęſt. 47. art. 6. pag. 270. Rhodericus Suarez in. l. 2. tit. de los caſamientos. lib. 3. fori. qui cōcludunt matrimonia eſſe libera, non contradicere, quòd contrahantur cum benedictione coram populo, cum conſilio, & approbatione propinquorum, & hoc ſolum diſponit bulla, & regula ſuprà allegata, quæ nullo modo cōtradicit libertati matrimonij, ſed potius adiuuat. Maior tamen rei difficultas inſurgit de ſtatuto ordinis ſuprà allegato, tit. 5. cap. 6. fol. 56. quòd ſtatutū imponit pœnam contrarium facienti, & videtur expreſsè contra text. in. l. cum tale. 71. §. reſcriptum. ff. de cōditionibus & demōſtrationibus, & in. l. Titia. 134. ff. de verborum obligationibus, in cap. gemma, de ſponſalibus, per quæ iura dicebat Baldus, in. l. nemini. C. de nuptijs, in quęſt. de ſtatuto diſponente, quòd nullus de Florentia poſſet ſub pœna bonorum ducere vxorem de domo nobili de petra mala, vel vbertinorum, quòd non valeat tale ſtatutū, cum Ioanne Andrę. in nouela. ad. cap. ſtatuta de hæreticis, lib. 6. vbi Doctores tenent, quòd nulla pœna ſtatuaria poteſt ſuſtineri circa matrimonium, quia negari non poteſt, quin metu pœnæ impediat matrimonium contrahendum directè, vel indirectè, & quia multæ ſunt leges correctæ, prohibentes ob certas cauſas matrimonia: vt notatur in cap. fin. de ſecundis nuptijs, ergo à fortiori ſtatutum, impediens, prçcipuè pœnarum, nō debet tenere, argumento text. in l. eius militis. 35. §. ſi militia miſſus. ff. de milita. teſtamento vbi probatur, quòd facilius tollitur, quod Num. 21.



quod iure ſpeciali valet, quàm quod iure communi, & ſi totum ius commune, tàm ciuile, quàm regium directè, vel indirectè impediēs matrimoniū, iure Canonicō aufertur, vt reſoluimus, à fortiori ius ſtatutariū debet auferri, & iudex Eccleſiaſticus poteſt ſe intromittere, ne pœna exigatur, ne uè aliquo modo impediatur libertas matrimonij, ſicut facit in pœna conuentionali. cap. gemma de ſponſalibus cum ſimilibus, cùm matrimonium & eius cauſa, & dependentia ſit Eccleſiaſtici fori. c. tuam de ordine cognitionum: & Antonius de Butrio. conſ. 40. incipit, viſſa forma contractus dotis, dicit ſe putare idem eſſe in materia dotis, quę auferetur omittēti formam ſtatuti, quia ſtatuta, quoquomodò obuiantia fructui dotis, tollerent liberam facultatē matrimonij contrahendi, mirabilis text. in. l. ſeius. 77. ff. ad legem falcidiā, vbi eſt caſus, quòd illud, quod non valet per modum diſpoſitionis principalis, reijcitur, etiam ſi ponatur in vim conditionis, & ſic in noſtro caſu ſtatutum, de quo ſuprà, deberet reijci, diſponens tàm per modū diſpoſitionis, quàm per modum adiectionis pœnæ, per dictam. l. ſeius, iūcta doctrina Barto. ibi. glo. celebris. in. l. verba. C. de ijs quę pœnę nomine, vbi dicitur, quòd quælibet pœna appoſita in fraude reijcienda eſt à lege, vel ſtatuto: videtur tādem ſtatutum huius ordinis habere contra ſe, quaſi totū ius ciuile, habet enim. l. cum tale. §. reſcriptum. l. hęres meus. §. fin. ff. de conditionibus, & demōſtrationibus, in ratione generali, ibi. notata per Doctores ad hoc, quòd quidquid ad impediēdas nuptias adſcriptū eſt, nullam vim habet, & dicūt iura ſuprà allegata, quòd non ſolū repellitur conditio, quę viduitatem inducit, ſed etiam illa conditio, quæ propter reuerentiam induceretur, bonus text. in l. hoc modo. ff. de conditionibus, & demonſtrationibus, vbi eſt caſus. quòd ſi teſtator legauerit centum mulieri, ſi Aritię non nupſerit, quę Aritia eſt quędam ciuitas in Italia, quòd ſi dicta mulier non facilè alibi poſſet nuptias inueniре, niſi in dicta ciuitate, quòd reijcitur conditio, & habebit legatū: ecce quomodò per iſta iura admititur mulier ad lucrum, etiam non ſeruata conditione à teſtatore poſſita ex eo, quia erat aliquo modo viduitatis inductiua, & cōtra libertatem matrimonij, quantò magis in caſu noſtri ſtatuti deberet miles excuſari à pœna: & nouiter pondero rationem text. in dicto paragrafo reſcriptū, ibi, ne quid nuptijs impedimentum inferatur, qui text. apertè dicit, quòd hæc diſpoſſitio ſi arbitratu, ſeu conſenſu Titij nupſerit, eſt impeditiua libertatis matrimonij, propterea repellitur, quæ ratio concludit vtrumque ius, ſcilicet Canonicum, & ciuile & ſic cōtra vtrum- Num. 22.

vtrunque ius videtur militare noſtrum ſtatutum, pro eo tamen nõ deſunt pecculiares rationes, & primò facit text. In l. edicimus 7. C. de murilegulis, & genitiario. lib. 11. vbi eſt caſus, quòd mulier monetaria prohibetur nubere extraneo, ex quo text. Barto. ibi. in-
Num. 23. fert ad ſtatutum diſponẽs, quòd inter homines diuerſarum terrarum non contrahatur matrimonium ſub certa pœna, vtrum ſtatutum valeat, & dicit quòd quò ad inualidandum matrimonium non valet, tamen ad hoc, quòd cõtra facientes incurrant pœnam, valet ſtatutum, argumento text. in l. cùm ita, cum ſequenti. ff. de conditionibus, & demonſtrationibus: & Angelus, in dicta. l. edicimus, recitans literaliter Barto. & eũ tacendo idẽ dicit: ſecundò conferunt ad propoſitum elegantia verba Baldi, in l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſtitia & iure, vbi quærit, nunquid per ſtatutũ ciuitatis poſſet matrimonium prohiberi ſub certa pœna, quòd nemo accipiat Gabellinam in vxorem ſub pœna mille librarum? & cõcludit, quòd valet ſtatutum, quia facit ius commune, de quo in l. quod ait lex. 11. ff. de diuortis: tertiò faciũt ſcripta per eundẽ Baldũ, in l. omnẽ. ad finem. C. ad Tertulia. vbi mouet quæſtionem, nunquid valeat ſtatutum ciuitatis puniens contrahẽtem matrimonium cum filiafamilias ſine conſenſu patris, & vbicũque Baldus loquutus eſt in hoc, inclinat ſe in hãc opinionem, quòd talia ſtatuta valeant, & Ioann. Andręas. in c. 1. de ſpõſalibus, expreſſè dicit, quòd licet ſtatutum laicorum non poſſit circa ſubſtantialia matrimonij diſponere, tamen benè quò ad accidẽtalia, per tex. in dicto cap. 1. de ſponſalibus, ibi. (de Francia quidam nobilem mulierem de Saxonia duxit in vxorẽ lege Saxonum) & Papa, ibi. non improbat hanc. l. bonus text. cũ ſua glo. in cap. cùm ſecundum leges, verbo certo caſu, de hæreticis, in 6. vbi glo. communiter approbata tenet, quòd valet. l. cũ lis, quæ priuat mulierem raptã bonis raptoris, quæ ei dederat, ſi cũ eo cõtrahat, hæc inter alia pro noſtro ſtatuto, pro quo etiam multũ facit, quòd noſtrum ſtatutum nõ reſtringit milites ad contrahendum cum certa, ſed ad contra-
hendum cum honeſta ſecundum Num. 24.
honeſtiſſimum ſuum ſtatum: ſegun la prouidencia del Maeſtre, quod valde conueniens eſt ſtatui matrimonij inter nobiles, & in hoc noſtrum ſtatutũ iuuari poteſt lege Papia. & lege. Iulia, quæ prohibebant Senatores, eorumque liberos plebeyas habere vxores, vt refertur. in l. lege Papia. 23. & in l. lege Iulia. 43. ff. de ritu nuptiarum, de quarum authoritate eſt videndus Andræas Alciatus, lib. 3. diſputationum. c. 3. ex quibus legibus ſimul cũ Alciato, benè poteſt cõfirmari noſtrum ſtatutum, & ex latè adductis per Rhodericũ Suarez,



Suarez, in l. 2. tit. 2. de los caſamiẽtos, lib. 3. fori. à num. 11. vſque ad 30. quem quaſi ad literam refert Palat. Rub. in. cap. per veſtras. 3. notabili. §. 3. pag. 422.

Ex prȩcedenti reſolutione infertur ad aliud ſtatutum huius ordinis, quod ſimiliter videtur habere multa iura contra ſe, & ſtatutũ continetur, titu. 1. de las calida-
Num. 25. des para el abito. cap. 8. fol. 47. ibi. Yten mandamos, que ningun cauallero reptado ſea recebido a nueſtro abito, ſino huuieſſe ſido ſaluo del riepto, y contra deſto fuere recebido, le quiten el abito, y le lancen fuera de la orden, ſegun las antiguas cõſtituciones de nueſtra religion: quod ſtatutũ videtur habere difficultatem ex integra noſtra lege Euangelica, qua nobis præcipitur diligere inimicos noſtros, benefacere ijs, qui oderunt nos. Lucę. 27. ad Roma. 12. benedicite perſequentibus vos, benedicite, & nolite male-
dicere, nulli malum pro malo re-
Num. 26. dentes, ad inuicem ſuportantes, & paulò inferiùs ſi fieri poteſt, quod ex vobis eſt cum omnibus hominibus pacem habentes, vbi inter linearia, & cum ijs, qui oderant pacem, erã pacificus, & procedit Paulus, non vos metipſos defendentes chariſsimi, ſed date locum irę, ſcriptum eſt enim mihi vindicta, & ego retribuam dicit Dominus, & ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum, ſi ſitit, potum da illi, hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius, & cõcludit nolli vinci à malo, ſed vince in bono malum, & inter linearia, vince patiendo, diuus Petrus, 1. Canonica. cap. 3. in hoc inquit vocati eſtis, vbi inter linearia, vt patiamini exemplo Chriſti, qui paſſus eſt pro nobis vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius, qui peccatum nõ fecit, nec inuẽtus eſt dolus in ore eius, qui cùm malediceretur, non maledicebat, cùm pateretur, non comminabatur, dabat autem iudicanti ſe iniuſtè, debemus enim eſſe pacientes, mites, & lenes, ſequẽtes Chriſtum Dominum, qui dorſum ſuum poſſuit ad flagella, vt habetur in ſumma. 45. diſt. & ipſe in Euãgelio ſuo Matthæi. 5. prȩcipit, ſi quis te percuſſerit in vnã maxillam, prebe illi & alteram, nõ enim debemus occidere, cùm Dominus dicat: Audiſtis quia dictum eſt antiquis: non occides, qui autem occiderit, reus erit iudicio, ego autem dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iuditio, & tandem qui Chriſtum ſequi deſiderat, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare, 1. Canonica. Ioann. cap. 2. habentur prȩcedentia in Concilio Triburienſi. cap. 11. tomo. 4. pag. 31. confirmatur difficultas ex præciſſa duelli prohibitione, quod ſiuè proueniat ex intimo odio, ſiuè ex oſtendendȩ virtutis gratia, ſiuè ex cauſa purgationis, quæ ſunt tres ſpeties duelli, ex principijs

naturalibus conſtat eſſe illicitum,
quia totum ius naturale tendit ad
conſeruationem, & augmentum
vniuerſi, l.1. §. ius naturale. ff. de
iuſtit. & iure, c. ius naturale. 1. diſt.
omne autem genus duellandi è
contrà tendit in deſtructionem &
exterminationem vniuerſi, homi
nis ſcilicet, qui eſt potiſsima pars
vniuerſi, l. iuſtiſsimè. 44. ff. de ædi-
licio edicto, & homo eſt finis pro
ductorum. l. in pecudum. 28. ff. de
vſuris. 2. probatur iſta prohibitio
de iure naturale, quia ſemper pro
uocans ad duellum, quærit gloriã
cum vituperio ſocij, & proximi
ſui, ſemper intẽdit locupletari ca-
ſu, ruina, & iactura alterius, ſem-
per facit alteri, quod ſibi non vult
fieri contra principia naturalia,
quæ agnouit Pomponius. in l. nã
hoc natura ęquum eſt, neminem
alterius detrimento fieri locuple-
tem. 14. ff. de conditione indebiti
& in principio Decreti. 3. omne
bellum ex hoc ſolùm reputatur iu
ſtum, quòd indicitur authorita-
te principis, vel propter neceſſa-
riam defenſionem. l. vt vim. l. ex
hoc iure. ff. de iuſtitia & iure. l. ho-
ſtes. 24. ff. de captiuis, ibi. hoſtes
ſunt, quibus bellum publicè Po-
pulus Romanus decreuit, vel ipſi
populo Romano: nullum autem
duellum indicitur publica autho-
ritate, nec propter neceſſariam de
fenſionem, ſed eſt libera, & ſpon-
tanea aggreſſio ex intimo odio,
aut ex vana mundi gloria, aut ex
cauſa purgationis ſub prohibitio
ne iuris naturalis, & iuris gentiũ,
quod pro naturali intelligentia
ſummitur, diſponentis in conſer-
uationem vniuerſi. l. 1. §. ius gen-
tium. l. manumiſſiones. ff. de iuſti-
tia & iure. §. ſingulorum. inſtituta
de rerum diuiſione, ibi. iure natu-
rali, quod ſicut diximus appella-
tur ius gentium, & multum fuit
pro hac prohibitione naturali, *Num.28.*
quod duellum Latino vocabulo,
Græco verò monomachia, dici-
tur duorum ſpontanea aggreſſio
à monos quod eſt vna, & machia
pugna, quaſi vnica & ſingularis
certatio, ex nulla cauſa publica in
ducta, & duellum adhærendo ethi
mologiæ vocabulo, quaſi inter
duos deliberata hinc, & indè pu-
gna, ita Iulius Ferretus, de duel-
lo, in principio. nu. 1. tom. 12. fol.
309. Iacobus Caſtillo, de duello.
cap. 1. fol. 293. meliùs in princip.
tractatus eod. tomo. 12. fol. 285.
Andræas Alciatus, de duello, &
ſingulari certam. in princ. eod. to.
12. fo. 293. Ioã. de Liniano de duel
lo, in princ. eod. tom. 12. fol. 281.
colum. 2. quę ęhtimologia duelli
multum iubat pro iſta prohibitio
ne de iure naturali, & gentium.

De iure diuino eſt pariter prohi
bitum duellũ, quia omnis prohi-
bitio de iure naturali, de iure etiã
diuino procedit, ſi quidem ius na
turale eſt, quod in lege, & in Euã- *Num.29.*
gelio cõtinetur, habetur in prin-
cipio Decreti, & eſt in ſpecie pro
hibitũ duellũ ex illo pręcepto De-
calogi: nõ occides, per quod ſpe-
cialiter



cialiter prohibetur omne id, per
quod venitur ad homicidiũ, argu
mẽto tex. in. l. oratio. 16. ff. de ſpõ
ſalibus, per omne autẽ genus duel
li peruenitur ad homicidiũ, ergo
eſt ſub illo pręcepto Decalogi in-
cluſum: ſecundò pro hac prohibi-
tione facit, quia quilibet actus eſt
iure diuino prohibitus, qui eſt a-
lienus à charitate, & dilectione
proximi, quia ex dilectione, & cha
ritate tota lex pendet, vt habet in
tegra Epiſt. 1. Canonic. Ioann. op
timus tex. in. c. nõ ſatis, 86. diſtin.
ibi. nõ ſatis eſt, benè velle, niſi ſtu
deas etiam benefacere, neq; ſatis
eſt iterùm benefacere, niſi id ex
bono fonte procedat, hoc eſt ex
bona voluntate proficiſcatur, in-
formata ſcilicet charitate, & om-
nia quę ſunt ex charitate frangũ-
tur in duello, vt reſolutũ eſt, & ſic
eſt iure diuino prohibitũ: tertiò
facit, quia omnis actus eſt iure di-
uino prohibitus, per quem fit ten
tatio Dei iuxta illud Deute. 6. &
*Num.30.* Matthæi. 4. Non tentabis Domi-
num Deum tuum: in omni autem
ſpetie duelli fit Dei tentatio, quia
ſperatur euentus pręter ordinem
naturę non producibilis, niſi pre-
ter rerum ordinem, ergo eſt Dei
tentatio, vt dicit text. in. c. mono-
machiam. 2. quæſt. 4. ibi. mono-
machiã in lege non aſſummimus,
cũ hæc, & huiuſmodi ſectatores
Deum ſolummodò tentare videã
tur, optimus text. in. c. quęritur.
22. quęſt. 2. ibi. quęritur, cur Pa-
triarcha mentiri voluit, vt diceret
Saram ſororem ſuã, & non potiùs
Deo cõmiſsit, quem ſi vellet eius
pudicitiam apud Pharaonem ſer-
uare poſſet, ſed veritatem cellari
voluit, non mendatiũ dici, ſoror
enim dicitur, quia filia fratris e-
rat, & in hoc oſtenditur, quòd ne
mo debet tẽtare Deum ſuum, dũ
habet, quod rationabili conſilio
faciat, optimus text. in. c. ſi nulla
vrget. 23. q. 8. quartò facit ꝑ iſta
prohibitione, quòd ille actus eſt
iure diuino prohibitus, qui inuen
tus eſt fabricante diabolo, duellũ
autem, fabricante diabolo inuen
tum eſt, vt latè reſoluitur, in c. con
ſuluiſti, in cap. monomachiam, &
ferè per totum. 2. q. 4. vbi eſt aper
tiſsima prohibitio Canonica, in
tit. de clericis pugnãtibus in duel-
lo de purgatione vulgari, de tor- *Num. 31.*
neamẽtis: & nouiſsimè in Cõcilio
Trident. Seſsio. 25. cap. 19. de iure
etiã ciuili apertiſsima eſt prohibi-
tio. l. vnica. C. de gladiatoribus,
lib. 11. l. qui autem. l. athletas. ff.
de ijs qui notantur infamia. l. qua
actione. 7. §. ſi quis in colluctatio
ne. ff. ad legẽ Aquiliam, inter quæ
iura præcipuus eſt text. in dicta. l.
vnica. C. de gladiatoribus, lib. 11.
cruẽta, inquit, ſpectacula in otio
ciuili, & domeſtica quiete nõ pla-
cent, quapropter omninò gla-
diatores eſſe prohibemus, ſed
quæ magis dicuntur ſpectacula
cruenta, quàm ipſa duella, ſicut
in terminis dicit text. in Concilio
Tridentino, ſeſſione. 25. c. 19. ibi.
deteſtabilis duellorum vſus, fabri

 cante

cāte diabolo introductus, vt cruēta corporum morte, animarum etiā perniciem lucretur, ex Chriſtiano orbe penitùs exterminetur. Sanctus Thomas. 2. 2. quęſt. 95. arti. 8. Duellorum genus reducit ad iudiciū ſortium, vt eius euētu conſiderato aliquid occultum innoteſcat preter rerum ordinē, & ita prohibitio duelli eſt, ſicut ſors diuinatoria, nō carens dęmonum ingeſtione, & Caietanus, ibi. pag, 462. inquit, huiuſmodi duellum, vt in litera dicitur, magis accedit ad rationem ſortium, & ex ſuo genere eſt malum, quia in propria ratione claudit repugnantiā ad rectam rationem, cōtra quam eligit vterque percutere proximum priuata & volūtaria percuſſione, & contra rectam rationem vita vtriuſq; ex propoſito exponitur mortis, & vulnerum periculo cum Dei tentatione, & diuini fit vſurpatio iuditij, & diabolica inuētio adimpletur, vt in Decretis dicitur, & in litera tangitur hæc Caietanus ſuprà, & gloſ. ordinaria. 1. Reg. c. 17. fol. 82. ibi. ſimpliciter eſt illicitum duellum contra dictamen iuris naturalis, & contra diuinum pręceptum: & Num. 32. ſecūdum omnes Doctores duellū eſt illicitum, tàm ex parte appellātis, quàm etiā recipientis, & etiā iudicantis, & conſulentium, & fauorem præſtantium, vt probant iura ſuprà allegata. Nauar. in Manuali. c. 11. nu. 39. pàg. 67. c. 15. nu. 19. pag. 106. Ioann. de Lyniano, de duello, c. 1. 2. & 3. Iacobus de Caſtillo de duello. c. 1. nu. 1. vſque ad 32. Altia. de ſingulare certamine cap. 1. 2. & 3. & in primo conſilio de duello, vſq; ad numerū. 22. & 2. conſilio, vſq; ad numerum, 10. Iulius Ferretus, de duello, vſque ad numerum. 39. qui reſoluūt omni iure eſſe prohibitum duellum, nec facit pro eo, quod legitur. 1. Regum. cap. 17. de Dauid, qui ſingulari certamine ſuperauit Philiſtęū, quia illud accidit Dei priuilegio, & diſpoſitione, qui ſic voluit indicare ſuam iuſtitiam cōtra Philiſtæos, & ſic Dauid: Ego, inquit venio contra te in nomine Dei viuentis, & dabit te Dominus in manu mea, Num. 33. & ſic non fuit propriè Dauid duellator, ſed magis diuinę iuſtitię executor, minùs facit, quod dicitur de Iepte, de Sanſone, & alijs multis, qui ſingulari certamine alios, & ſeipſos occiderunt, de quibus in cap. vnuſquiſque. 23. quæſt. 4. in capit. ſi non licet. 23. quæſt. 5. quia reſpondetur iſta, & ſimilia ſucceſſiſſe diuina inductione, & Spiritus ſancti illuminatione, vt ſcribit Auguſt. lib. 1. de Ciuitate Dei, & Nicolaus Papa, in c. monomachiā, ibi. licet quoſdā inijſſe legamus, ſicut Dauid ſanctū, & Goliā ſacra ꝓdijt hiſtoria, nuſquā tamē vt pro lege teneatur alicubi diuina ſancit authoritas, & ſic non eſt arguendum ab exēplis, vt dicit text. in cap. non ſtatim. 26. quæſt. 2. in cap. non exēplo, 14. quęſt. 5. glōſ. in c. monomachiā.



machiā. 2. quęſt. 4. & miracula veteris teſtamenti ſunt admiranda, non in exemplum noſtræ actionis trahenda, cap. nos ſi incompetenter. 2. quęſt. 7. hanc reſolutionem ponit Ioann. de Liniano, de duello. §. circa tertium. nu. 4. Iacobus de Caſtillo, de duello, nume. 17. num. 42. Iulius Ferretus de duello, num. 36. nec facit quod refertur de Martino Papa, quòd cùm eſſet quæſtio de Regno Sici- Num. 34. lię inter Reges Petrum de Aragon, & Carolum, indixit eis bellum, vt pugnarent cum centum militibus & qui eſſet victor Regnum obtineret, quia reſpondetur, quòd Papa Martinus non cōceſſit duellum, inter illos duos Reges, ſed bellum potiùs reſtrinxit ad paucos, vel fortè non bene fecit vtendo tàm fallaci probatione: ita Iacobus de Caſtillo, de duello, num. 26. num. 36. Andręas Alciatus de ſingulare certamine, cap. 3. num. 5. nec obſtat text. in. l. qua actione. §. ſi quis in colluctatione. §. ad legem Aquiliam, ibi. ſi quis in colluctatione vel pācratio alium occiderit, ſiquidem in publico certamine alius alium occidit, ceſſat Aquilia, quia gloriæ, & virtutis, non iniuriæ gratia videtur damnum datum, ecce quomodò ſingulare certamen comprobatur in lege ciuili, ad hoc argumentum reſpondent quidam illam legem eſſe correptam, in. l. vnica. C. de gladiatoribus, quę eſt poſterior, ſecundò reſpondetur, quòd procedit in pugna nō cruēta, Num. 35. nec intēta ad ſanguinis effuſſionē, & quotidie cōtingit hoc gen⁹ colluctandi, & nullo iure eſt prohibitum, ſed permiſſum propter mundi recreationem, vt patet in titulo de ſpectaculis, & ſcenicis, & lenonibus, lib. 11. ita procedit text. in dicta. l. qua actione. §. ſi quis in colluctatione, cuius exemplo in populo Chriſtiano videmus exerceri multa torneamenta, haſtilludia, ludum Troianum, ſiue cānarum, vel virgarum, quibus equites teſti clypeis ludere ſolent, quæ omnia laudabiliter exercentur eo adhibito moderamine quo cædes, & alia pericula caueā, tur, ita Nauarro in Manuali, c. 15. nu. 7. pag. 106. & ſi hæc non placent ad. §. ſi quis in colluctatione, qui ſtrictè loquitur de gladiatoribus, reſpōdetur, quòd procedit ex quadam remiſsione, & indulgentia, qua lex ciuilis remittit pœnam, & permittit impunè, non approbando, vt facit ſæpè. l. Gra- Num. 36. chus cum materia. C. ad. l. Iuliam. de adulterijs, ita Ioann. de Lyniano, de duello. §. circa. 3. nu. 7. nu. 15. tomo. 12. fol. 282. ſic manet ſine difficultate prohibitio duelli, manet pariter ſatis dubium ſtatutum noſtri ordinis de reptu, & magis dubium remanebit, ſi aduertamus ad ea, quę ſcribit Imola, in l. filiusfamilias. §. fin. ff. de legatis. 2. vbi refert quoſdam milites noſtri temporis impudenter putare ſibi licere deſiſtentes

 à duello

à duello depingere in tabella cum
nota infamiæ, quia ſuprà reſolui-
mus tàm ex parte appellãtis, quã
prouocantis eſſe illicitum duellũ,
reſiſtere Dei præcepto: in cuius
obſeruatione nulla prorſùs eſt no
ta infamiæ, ſed ſumma gloria,
reſoluit Ioann. Ferretus de duel-
lo, num.36. & ſibi cabeãt contra-
riam facientes, timeant pœnarũ
magnitudinem cõtra duellorum
nequàm vſum ſtatutarum, de qui
bus pœnis in Concilio Trident.
Seſsio.25.cap.19. & quia ſingula-
re Decretum eſt, non pigeat inte
grũ accipere, deteſtabilis, inquit,
duellorum vſus, fabricante diabo
*Num. 37.* lo introductus, vt cruenta corpo
rum morte, animarum etiam per
niciem lucretur, ex Chriſtiano or
be penitùs exterminetur. Impe-
rator, Reges, Duces, Principes,
Marchiones, Comites, & quocun
que alio nomine domini tempo-
rales, qui locum ad monomachiã
in terris ſuis inter Chriſtianos cõ-
ceſſerint, eo ipſo ſint excõmuni-
cati, ac iuriſdictione, & dominio
ciuitatis, caſtri, aut loci, in quo
vel, apud quem duellum fieri per-
miſſerint, quod ab Eccleſia obti-
nẽt, priuati intelligãtur, & ſi fœu-
dalia ſint, directis dominis ſtatim
acquirãtur, qui verò pugnam cõ-
miſſerint, & qui eorum patrini vo
cantur excõmunicationis, ac om-
nium bonorum ſuorum proſcri-
ptionis, & perpetuę infamiæ pœ-
nam incurrãt, & vt homicidæ iux
ta ſacros Canones puniri debean

tur, & ſi in ipſo conflictu deceſſe-
rint perpetuò careant Eccleſiaſti-
ca ſepultura, illi etiam, qui conſi-
lium in cauſa duelli, tàm in iure,
quàm facto dederint, aut alia qua
cunque ratione ad id quemquam
ſuaſerint, nec non ſpectatores ex
communicationis, ac perpetuæ
maledictionis vinculo teneãtur,
non obſtante quocunque priui-
legio, ſeu praua cõſuetudine, etiã
immemorabili: aperta ſunt verba
Conciliaria pro grauitate deteſta
bilis duellorum vſus, & pro multi-
plici pœna aduerſus duellantes,
& Andræas Alciatus, de ſingula-
re certamine, num.2. tom. 12. fol.
302. debent, inquit, ſaltem animę
ſuæ rationem ducere, & iram Dei
timere, nec ſe caſui ſubijcere, quo
morientes ſacramentis Eccleſiæ
priuẽtur, & tumulũ cum canibus
communem habeant. Iulius Fer-
retus de duello, nu. 34. tomo. 12.
fol.100. col.3. nec moriẽtibus, in-
quit, in duello eſt dandum Eucha-
riſtiæ ſacramentum, quibus & Ec
cleſiaſtica denegatur ſepultura,
cap.1. de torneamẽtis, c.1. de cle-
ricis pugnãtibus in duello. c. 1. de
purgatione vulgari: Bernardus
Diaz, in Practica, cap. 100. pag.
349. vbi addicionator declarat,
quòd Concilium manifeſtè pro-
cedet in duello, antiqua ſolennita
te facto, & ita pœnam inflixit, cõ-
tra locorum dominos, ſi duella
ſuis locis fieri permiſſerint, nec
non contra patronos, quorũ ope
tàm in mane ſcelus perpetratur,
& con-



& contra eos, qui in cauſa duelli,
tàm in iure, quàm in facto conſi-
lium preſtiterint, & ſic Cõcilium
apertè loquitur de eo duello,
quod impijs legibus ſeruatis effi-
citur, & fortè nõ procedit in alio
quocunque conflictu, vt reſoluit
additionator ſuprà, pag.350. vbi
dicit ita fuiſſe iudicatum à ſapien
*Num. 38.* tiſsimis viris, & aduertimus nulla
conſuetudine, lege, neque ſtatu-
to poſſe deteſtabilem duellorum
vſum excuſari pro ſua intrinſeca
malitia, vt dicit Concilium ſuprà,
dicẽdo quòd in hac parte potiùs
dicenda eſt corruptela, idem di-
cit text. in cap.2. de clericis pug-
nantibus in duello, facit text. cũ
materia, in cap. ex parte. in cap.
fina. de conſuetudine: eleganter
Alciatus, de ſingulare certamine,
num.2. tom.12. fol.334. col.2. ibi.
quòd adeò verum eſt, vt nec va-
leat, aut ſeruari debeat conſuetu
do in contrarium, quia cum iura
prohibeant duella, & cruenta ſpe
ctacula ratione peccati: quia ſcili
cet tentatur Deus, & ſequntur in-
dè homicidia, & membrorum de-
bilitationes, ac etiam adeſt anima
rum periculum, non debet con-
traria conſuetudo valere, quę po-
tiùs abuſsio, & corruptela dici
poſsit, & maximè cùm talis con-
ſuetudo expreſsè in toto iure re-
probetur, idem Alciatus.2. conſi.
de ſingulari certamine, ex tomo,
fol. 307. col. 2. ex quibus omni-
bus ſatis difficilè videtur noſtrum
ſtatutum excludens ab hoc ordi-

ne reptatum, ſi reptui non reſpon *Num. 39.*
derit, pręcipuè cùm licitè poſsit
recuſari duellum, & abſque infa-
mia, vt conſuluit Angelus de Pe-
ruſio, quem ſequitur Immola, in.
l. is qui reus, ſuper glo. verbo pur
getur. ff. de publi. iudi. & Andręas
Alciat. conſil.2. de ſingulari certa
mine. tomo.12. fol.307. nu. 6. ibi.
ex prędicta concluſione ſic gene-
raliter poſita infertur, quòd cuiq;
chriſticolæ abſque aliqua infa-
mia, & vera læſione honoris lici-
tum eſt recuſare duellum, cùm ex
eo ſæpè perdatur honor, vita, &
anima, tẽtetur Deus, nec vera, &
iuſta oriatur probatio, cùm ſępè
viderimus multos ſub iuſto cly-
peo perire, vt inquit Baldus, in. l.
1. C. de dedititia libertate tollen.
nõ debet quoquomodò permitti.

Poſt hęc neceſſaria videtur ali
qua ratio pro noſtro ſtatuto, pro
quo aduertimus, quòd in republi
ca ſemper fuit equeſter ordo ſecũ
dum gradum poſt clariſſimatus di
gnitatem obtinens, vt dicit text.
in. l. vnica. C. de equeſtri dignita-
te. lib.12. fuit prępterea perfectiſ
ſimatus dignitas, perfectiſſimos
milites faciens, de qua in. l. vnica.
C. de perfectiſſimatus dignitate.
lib.12. qui ordines erant quædam
aggregatio clariſſimorum homi-
num ex conſpicuis natalibus pro
uenientium, qui non priuatę con
ditionis, ſed clariſſimis erant orti
parentibus, vt dicit text. in. l. 1. C.
de dignitatibus. lib.12. & hi ordi-
nes ſua habebant peculiaria ſtatu
ta,

ta,inter quę illud erat præcipuũ,
ne quis ex vltimis negotiatori-
bus, vel monetarijs, abiectiſque
officijs, vel deformibus miniſte-
rijs,ſtationarijs, omniq́ue officio
rum fece,diuerſiſq; pactis, turpi-
bus lucris aliqua frui dignitate
equeſtrali pertentaret, ſed repe-
leretur, & repulſus proprijs red-
di conſortijs cogeretur, ita in.l.
Num.41. nequis.6.codice de dignitatibus.
lib.12.quam ad propoſitum alle-
gat gl.in.l.vnica.C.de perfectiſſi-
matus dignitate. lib.12. repellebã
tur igitur ab his ordinibus nego-
tiatores, monetarij, piſtores, ſta-
tionarij tenentes ſtationem de vi
li merce, vt oleo, ſale, cete, & ſimi
libus vtenſilibus repellebãtur: prę
tereà ex conditione ſeruili proue-
nientes, fiſco, aut curię annoxi, in
omni negotio vili cõſtituti, & qui
ſibi honorẽ venali ſuffragio eme-
rant, & tandẽ qui rem alicuius, vt
procuratores, adminiſtrauerant,
vt dicitur in dicta.l. ne quis.6.C.
de dignitatibus. lib.12.& in.l.vni
ca.C.de perfectiſſimatus dignita
te, eod.lib. ex quibus iuribus velu
ti ex vtero prodiere multa noſtri
ordinis ſtatuta. ſub titu. 1. de las
qualidades para el abito. fol. 46.
Num.42. inter quas qualitates.cap.8.refer
tur ſtatutum, de quo eſt ſermo,
ibi. Yten mandamos, que ningũ
cauallero reptado ſea recebido a
nueſtro abito, ſino ouieſſe ſido ſal
uo del riepto: y ſi cõtra deſto fue-
re reſcebido, le quiten el abito y
le lancen fuera de la orden, ſegun
las antiguas conſtituciones de
nueſtra ordẽ: quod ſtatutum pla-
nè procedit, non quidem appro-
bando duella, ſed diſponendo de
qualitatibus futuris ad hanc ag-
gregationem clariſſimorum viro
rum, & procedit diſponendo de
re propria, non admittendo ad
perfectiſſimatus dignitatẽ repta-
tum, ſi integer non receſſerit à re-
ptu, idque ſine aliqua iniuria re- Num.43.
ptati. argumento text. in. l. in re
mandata. C. mandati. in. l. ſed ſi
lege. §. conſuluit. ff. de petitione
hæreditatis. cap. verum. de condi
tionibus appoſitis. l. quoties. 3.
C. de donationibus. quæ ſub mo-
do, quarum argumento leges an-
tiquę optimè potuerunt non ad-
mittere ad dignitates negotiato-
res, monetarios, ſtationarios, &
alios abiectis officijs, & deformi-
bus miniſterijs exercitatos, vt di-
cit tex.in. l. ne quis.6.C.de digni
tat.in l.vnica.C. de equeſtri digni
tate.l.vnica. C.de perfectiſſimat⁹
dignitate.lib.12.& ſi volueris, reſ
põde ad argumentũ, quòd repta-
tus eſt euidenter notatus de tray-
cion, o aleue, niſi authoritate re-
gia coram rege, & curia ſe purga
uerit, vt dicit text.in. l.1.2. & 3.ti
tu.3.partita.7.& in.l.4.ibi. quien
quiſiere reptar a otro deue lo fa-
cer deſta manera, catando prime-
ramente ſi aquella razon porque
quiere reptar es tal, en que caya
en traycion, o aleue, que ſon las
dos cauſas por que puede reptar
todo fidalgo a otro fidalgo: è de-
ſpues



ſpues que fuere cierto è ſabidor
deſtas dos cauſas, deue lo prime-
ramente moſtrar al Rey en ſu po-
ridad: ecce quomodò cauſa rep-
tus eſt infamis, de aleuoſia, ò tray
cion: & eſt excuſabilis coram re-
ge ex aliqua cauſa abſque aliquo
conflictu, & ſi non fuerit legitimè
excuſatus reptatus, remanet infa-
mis infamia aleuoſiæ, & proditio
nis, vt dicit text.in dicta.l. 2. titu.
3. Partita. 7. vndè non mirum ſi
non admitantur reptati ad huius
ordinis perfectiſſimatus dignita-
tem, perfectiſſimos milites facien
tem, per text. in regula infami-
bus de regulis iuris.in 6.& ſic no-
ſtrum ſtatutum caret quacũque
nota, & procedit ſecundum ca-
nonicas, & legales ſanctiones, re-
pellendo quos cernit non eſſe in-
tegræ opinionis & famę.

## EX CAP. SEQVENTI.

1 A*Spirans ad religionem perfi-
ciat intentum abſque multo-
rum conſilio, & diuturna deliberatio-
ne exemplo Apoſtolorum, qui ad voca-
tionem Domini continuò relictis reti-
bus, & patre ſecuti ſunt Dominum.*

2 *Ingreſsus religionis ſecundum ſe eſt
euidenter bonus, & melius bonum, &
perfectius bonum ſupra communem
ſtatum.*

3 *Tranſitus de vna religione ad aliã
magis eſt conſiderandus, quàm primus
ingreſſus, in quo non eſt credendum om
ni ſpiritui, ſed probãdum, an ſpiritus ex
Deo ſit.*

4 *Authoritas Pauli, 2. ad Corinth. 3.
Vbi ſpiritus Dei, ibi libertas, &c. Ad
Thimoteum primò, iuſto non eſt impoſi-
ta lex, ſed iniuſtis, &c. Ad Galatas, 5.
Si ſpiritu Dei ducimini, non eſtis ſub le-
ge, abſit vt diuus Paulus ijs, aut alijs
ſimilibus verbis doceat libertatem à præ
ceptis naturalibus, diuinis & poſitiuis,
quibus vult omnes eſſe ſubiectos.*

5 *Si abſque aliqua neceſsitate, aut le-
gitima cauſa ſine licentia Superioris re
ligioſus ſumat habitum alterius religio-
nis, peccat mortaliter, quoniam eſt pro-
hibitum in iure ſub grauiſsimis pœnis.*

6 *Indultum de non tranſeũdo de vna
religione ad aliam excludit temeritatẽ,
vel leuitatem, & non iuſtam cauſam cũ
Superioris licentia.*

7 *Concilium Tridentinum, cap. 11. de
reformatione, notabile eſt de tranſitu de
vna religione ad aliam, quod Decre-
tum non inducit ius nouum, ſed eſt de-
claratiuum iuris antiqui.*

8 *Prælatus religionis, ad quã aliquis
tranſijt de alia religione, legitimè debet
tractare, & tranſlatum recipere cum
conſenſu ſui capituli, ſicut recipit noui-
tios.*

9 *Prælatus, qui cum hac ſolennita-
te recipit tranſlatum, debet æquè tracta
re, vt vernaculum quò ad concedendã
facultatem exeũdi, vel manẽdi foris, &
quò ad alimenta & cætera commoda.*

10 *Non licet alicui religioſo, etiam ſi
malè tractetur, confugere ad prælatum
Superiorem ſine licentia prælati inferio
ris, & tales confugientes communiter
puniuntur à ſuperioribus.*

## SVMMARIVM.

*QVamuis primus ingreſſus ad religionemperfici debeat ſine mora, tranſitus verò de vna religione ad aliã conſideratè eſt faciendus.*

## CAPVT XIIII.

*IN eadem Bulla confirmationis, ibi. Statuimus quoq; vt nullus fratrũ, ſiue ſororum poſt ſuſceptionẽ ordinis veſtri, & promiſſam obedientiam vel redire ad ſeculum, vel ad alium ordinem ſine Magiſtri licentia audeat ſe transferre, cùm ſint in ordine veſtro loca ſtatuta, vbi quiſque diſtrictius valeat cõuerſari, diſcedentem verò nullus audeat retinere, ſed ad ordinem ſuum per cenſuram Eccleſiaſticam, qui deceſſerit, redire cogatur.*

Celebris eſt quæſtio de tranſitu de vna religione ad aliã, & pro ingreſſu aduertimus cum diuo Thoma. 2.2. quæſt. 189. artic. 10. quòd laudabile eſt, vt aſpirans, & tendens ad religionem perficiat intẽtum abſque multorum cõſilio, & diuturna deliberatione præcedẽti authoritate Euangelij Matthęi. 4. vbi ad vocationem Domini, Petrus, & Andręas fratres, Iacobus, & Ioannes ſimiliter fratres, & filij Cebædei continuò relictis reti-
*Num. 1.* bus, & patre ſequti ſunt Dominũ, vbi Chryſoſtomus dicit talẽ obedientiam Chriſtus requirit à nobis, vt neque inſtanti tempore remoremur, & diuus Hieronymus in Epiſtola ad Heliodorum tùm percalleatum, inquit, perge patrem, percalleatam perge matrẽ, ad vexilum crucis euola: ſummũ genus pietatis eſt in hac re fuiſſe crudelem, quem locum ad propoſitũ aducit ſanctus Thomas. 2.2. quæſt. 101. ar. 4. pag. 490. Alexander de Nebo. in cap. ex reſcripto. num. 36. de iure iurando. Nauarrus cõmentario. 1. de regularibus. nu. 7. pag. 51. & probatur optima ratione cũ diuo Thoma. 2.2. quęſtio. 189. arti. 10. in corpore, quia in ijs, quę ſunt certa, & determinata, non requiritur multorum conſilium, ſed perfectio, talis autem
eſt ingreſſus religionis ſecundum *Num. 2.*
ſe, ſi quidem eſt euidẽter bonum, & melius bonũ, & perefectius bonum ſuprà communem ſtatum, authoritate Chriſti Domini, Matthęi. 19. vbi ad interrogationem adoleſcentis, qui communem ſtatũm fecerat, omnia mandata impleuerat reſpõdit: Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me, & Concilium Tridentinum ſeſſione. 24. Canone. 10. hæreticum decernit ſtatum coniugalem anteponẽtem ſtatui virginitatis, vel cælibatus: reſoluit Vega, ad Concilium Tridentinum, lib. 9. c. 15. pag. 238. idem ſanctus Thomas. 2.2. quæſt. 189. artic. 10. ad primum argumentum. pag. 918. requirit multorum conſilium, & diuturnam deliberationẽ in tranſitu de vna religione ad aliam: circa quam deliberationem habendam ſanctus vir intelligit illam authoritatem. 1. Canonica Ioann. c.
*Num. 3.* 4. Nolite credere omni ſpiritui, ſed probate, an ſpiritus ex Deo ſit, & arti. 8. eiuſdem quæſtionis, pag. 915. concludit, non eſſe laudabile de vna religione tranſire ad aliam, niſi propter magnã vtilitatem vel neceſſitatem, tùm quia ex hoc plerumque ſcandalizantur illi, qui relinquntur, tùm etiã quia facilius proficit aliquis in religione, quam conſueuit, quàm in illa, quam nõ conſueuit cęteris paribus, vndè in collationibus Patrum Abbas Neſtorius dicit vnicuique vtile eſt ſecundum propoſitum, quod elegit, vt ſummo ſtudio, ac dilligentia ad operis arepti perfectionẽ peruenire feſtinet, & nequaquàm à ſua, quam ſemel elegit, profeſſione diſcedat, & poſteà ſubdit, rationem aſſignãs, impoſſibile namque eſt vnum, & eũdem hominem ſimul diuerſis fulcire virtutibus, quas ſi quis voluerit pariter attentare, incidere eũ neceſſe eſt, vt dùm omnes ſequitur, nullam integrè conſequatur, diuerſę enim religiones pręheminent ſecundum diuerſa virtutum opera, vndè facile eueniet, quod dicit Marcus Barro. quòd nunquàm perueniet quò tendit, qui quot vidit cales ſectatur, & Seneca, Epiſtola. 2. primum, inquit, argumentum compoſitæ mẽtis exiſtimo poſſe conſiſtere, & ſecum morari, &, ibi. nuſquàm eſt, qui vbique eſt, & in peregrinatione vitam agentibus hoc eueniet, vt multa hoſpicia habeant, nullas verò amicitias, item non qualeſcit planta, quę ſæpe transſertur, hęc Ioann. Andræas, in cap. licet. de regularibus nu. 2. vbi adducit ſanctum Thomam. 2.2. quęſt. 189. artic. 8. in corpore. pag. 915. reſoluit Nauar. de regularibus Corolario. 1. ad cap. cui portio. nu. 7. pag. 51. Cõmentario. 3. ad c. ſtatuimus, notabili. 1. num. 3. pag. 130. & diuus Paulus. 1. ad Corinthios. 7. vnuſquiſq; inquit, in ea vocatione permaneat, in qua dignoſcitur eſſe vocatus, quam authoritatem Innocentius tertius, in eod. c. licet de regularibus intellexit de prima vocatione ad religionem: hæc faciũt pro difficili trãſitu de vna ad aliã religionem, in quo articulo aduertimus, quòd Innocẽtius tertius in hac materia multum inſiſtit. in. c. licet de regularibus. authotitate Pauli. 2. ad Corinth. 3.
ibi. vbi ſpiritus Dei eſt, ibi liber- *Num. 4.*
tas, & qui Dei ſpiritu reguntur, non ſunt ſub lege, quia lex non eſt impoſita iuſto, ex qua authoritate Innocentius tertius videtur concedere facilem tranſitum de vna religione ad aliam, ex lege inquiens priuata, quæ eſt interna inſpiratio, & in hac parte publicæ legi pręiudicat, à qua abſolutus liberè poteſt ſanctioris vitę propoſitum adimplere, nõ obſtãte proterua indiſcreti contradictione prælati, quia priuilegium meretur amittere, qui cõceſſa ſibi abutitur poteſtate. Egregiè Vrbanus Papa,

Papa, in cap. duæ ſunt. 19. quæſt. 2. duæ ſunt leges, vna publica, altera priuata: publica lex eſt, quę à ſanctis patribus ſcriptis eſt confirmata, vt eſt lex Canonum, quæ propter tranſgreſſiones eſt tradita, lex verò priuata, eſt quæ inſtinctu Spiritus ſancti in corde ſcribitur, ſicut de quibuſdã dicit Apoſtolus, qui habent legem Dei ſcriptam in cordibus ſuis, & hæc lex priuata pręiudicat ſine dubio publicæ legi, & ſic Innocent. tertius in dicto. c. licet de regularibus, cõcludit, licere tranſire de vna religione ad aliam, non obſtãte quocunque priuilegio, vel lege, quæ nõ poſſunt preiudicare priuatæ legi, inſtintu ſancti Spiritus in corde ſcriptæ, & quia Innocent. tertius ad propoſitum citat authoritates diui Pauli. 2. ad Corinth. 3. Vbi Spiritus Domini, ibi. libertas. 1. ad Thimothæum. 1. Iuſto non eſt impoſſita lex, ſed iniuſtis, & nõ ſubditis, ad Galat. 5. ſi Spiritu Dei ducimini, non eſtis ſub lege, abſit vt diuus Paulus ijs, aut alijs ſimilibus verbis doceat libertatẽ à præceptis naturalibus, & diuinis in homine iuſto, cùm in contrariam ſit veritas Catholica, determinata in Concilio Tridentino, Seſſione. 6. de iuſtificatione. cap. 11. de obſeruatione mandatorum Dei, & Eccleſiæ, nemo inquit, quantumuis iuſtificatus liberum ſe eſſe ab obſeruatione mandatorum putare debet, nemo temeraria illa, & à patribus ſub anathemate prohibita voce vti, Dei pręcepta homini iuſtificato ad obſeruandum eſſe impoſſibilia, & Canone. 20. ſi quis hominem iuſtificatum, & quantumlibet perfectum, dixerit non teneri ad obſeruationem mandatorum Dei, & Eccleſię, anathema ſit: & diuus Paulus ad Romanos. 2. Ira inquit, & indignatio, tribulatio, & anguſtia in omnẽ animam hominis operãtis malũ, Iudæi primum, & Græci, & mox, legem ergo deſtruimus per fidẽ, abſit, ſed legem ſtatuimus, & ad Roman. 3. dicit, ſe non eſſe ſine lege, ſed in lege eſſe Chriſti: lex quidem neque eſſe poteſt, neque dici, quæ non obligat eos, quibus fertur. 1. ad Corinthios. 9. ad Roman. 13. non tantùm diuinis pręceptis, ſed humanis vult omnes eſſe ſubiectos, non ſolùm propter irã, ſed etiam propter conſcientiam, & 1. ad Theſſalo. 4. apertè legem Dei exponit, dicens, hæc eſt volũtas Dei, ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos à fornicatione, & ab alijs, quæ, ibi. numerãtur. Paulus igitur in tribus locis ſuprà allegatis cùm generoſo, & liberrimo eſſet animo cunctos volebat in ſpiritu voluntatis Deo ſeruire, non pœnę ſcilicet metu, ſed virtutis, & gloriæ Dei amore, & ad hanc libertatẽ exhortabatur diuus Paulus locis ſuprà allegatis, docẽs nihil generoſę libertati præiudicare legem diuinam, neque officere Chrſtianæ libertati, ſubiectos eſſe mandatis, imò hoc ipſo poſſe iuſtos



iuſtos eſſe liberiores, quò diuinis mãdatis plenius, & promptiùs obſequerentur & pœnis, docet Deũ neque paraſſe, neque comminatum fuiſſe propter iuſtos, ſed propter rebelles, & inobſequentes, qui non niſi verberibus, & flagellis ad virtutis ſtudia inducuntur, & ideò dixit iuſto non eſſe legem poſitam, quia iuſtus ſpontè ſua, quæ ſunt legis, facit, & obſeruat, neque pœnis, & comminationibus, quas leges comminantur, vt ſtimulis ad virtutem indiget, ita reſoluit Andręas de Vega, lib. 11. ad Cõcilium. cap. 8. pag. 366. Frater Medina. 1. 2. quęſt. 95. articu. 1. ad. 3. argum. Doctores in dicto cap. licet de regularibus. Poſt hęc

Num. 5. & pro aliquali expeditione quæſtionis aduertimus, quòd ſi abſq; aliqua neceſſitate, aut legitima cauſa, & ſine licentia ſuperioris religioſus ſumat habitum alterius religionis, peccat mortaliter, quoniam eſt prohibitum in iure ſub grauiſſimis pœnis, & in primis Vrbanus ſecundus in cap. ſtatuimus. 19. quæſtio. 3. ſtatuimus, inquit, ne profeſſionis canonicæ quiſpiam, poſtquàm Dei vice ſupra caput ſibi hominẽ impoſſuit, alicuius leuitatis inſtintu, vel deſtrictioris religionis obtentu ex eodem clauſtro audeat ſine patris, & totius congregationis permiſſione recedere, diſcedentem verò nullus Abbatum vel Epiſcoporum, nullus monachorum ſine communi literarum cautione ſuſcipiat, & priuilegium in contrarium conceſſum non aufert iſtam patris & totius cõgregationis permiſſionem, vt dicit Innocent. tertius in dicto. cap. licet. de regularibus, & ſic intelligenda eſt noſtra bulla, ibi. Sine magiſtri licentia, quæ licentia neceſſaria eſt propter vitanda multa ſcandala, multas turbationes, quæ ex tranſitu ad aliam religionem ex natura rei ſolẽt excitari, vt dicit Sãctus Thomas, Ioann. Andręas, Nauarro ſuprà, Bañes. 2. 2. quæſt. 12. artic. 1. pag. 667. & in hoc tranſitu hodie eſt nouiſſima deciſſio Cõcilij Tridẽtini, Seſſione. 14. c. 11. de reformatione, ibi. quia verò regulares de vno ad alium ordinem tranſlati facilè à ſuo ſuperiore licentiam ſtandi extra monaſterium optinere ſolet, ex quo vagandi, & apoſtandi, occaſio tribuitur, nemo cuiuſcunque ordinis prelatus, vel ſuperior vigore cuiuſuis facultatis aliquem ad habitum, & profeſſionem admittere poſſit, niſi vt in ordine ipſo, ad quem trãſfertur ſub ſui ſuperioris obedientia in clauſtro perpetuo maneat, ac taliter tranſlatus etiam ſi Canonicorum Regularium fuerit, ad beneficia ſecularia, etiam curata omninò incapax exſtitat, quod Decretum allegat Nauarrus, Cõmentario. 4. de regularibus. notabi. 3. num. 11. pag. 134. Bañes. 2. 2. quæſt. 12. art. 1. pag. 667. & quia hoc decretum non inducit ius nouum, ſed eſt declaratiuum iuris antiqui: prima declara-

Num. 6.

Num. 7.

claratio ad ius antiquum eſſe poterit, quòd omnia indulta conceſſa à Papa tranſeundi ad laxiorem religionem de diſtrictiore, ſunt intelligenda iuxta hoc decretum, vt Prælatus, vel ſuperior vigore huius facultatis ad ſuam religionem, & habitum non poſſit admittere aliquem, niſi vt in ordine ipſo, ad quem transfertur, ſub ſui ſuperioris obedientia in clauſtro perpetuo maneat, vt vagandi, & apoſtatandi occaſio omninò auferatur.

Num. 8. Secunda declaratio, quòd prælati ordinũ, ad quos fit translatio, debent translatos recipere cum conſenſu ſui capituli, ſicut recipiunt alios nouitios, per text. cum gloſa, & materia. in c. fina. de regularibus. lib. 6. Naua. in c. nulla. 18. q. 2. n. 5. pag. 100. & in c. ſtatuimus. notab. 3. n. 14. 19. q. 3. p. 35.

Num. 9. Tertia declaratio, prælatus, qui cum hac ſolennitate recipit tranſlatũ, debet æquè tractare, vt vernaculum quò ad concedendam facultatem exeundi, vel manendi foris, & quò ad alimenta ordinaria, & poterit mittere huiuſmodi tranſlatum ad vtilitatem, & decorem ſui ordinis, & ad conueniendũ alicui, ſicut poſſet mittere vernaculum. cap. 2. de ſtatu monachorum. cap. fina. de capellis monachorum, & tandem nulla eſt facienda differentia inter translatum, & vernaculum, ſi aliàs ſit benemeritus Nauarr. in cap. ſtatuimus. 19. q. 3. nu. 14. 3. notat. p. 135.

Num. 10. Quarta declaratio circa omnes tráſlationes, quas religioſi faciũt, aduertimus, nõ eſſe licitum alicui religioſo, etiam ſi male tratetur, confugere ad prælatum ſuperiorẽ ſine licẽtia prælati inferioris propter eius auſteritatem, vel propter aliam cauſam, quia tales confugientes communiter puniuntur à ſuperiore grauibus pœnis, & in Cõcil. Trident. Seſſio. 25. de regularibus. c. 4. ſic habetur, prohibet ſancta Synodus, ibi. nec liceat regularibus à ſuis cõuentibus recedere, etiam prætextu ad ſuos ſuperiores accedendi, niſi ab eiſdẽ miſſi, aut vocati fuerint, qui verò ſine prædicto mandato in ſcriptis obtento repertus fuerit, ab ordinarijs locorum, tãquàm deſertor ſui inſtituti puniatur, quæ pœna non imponeretur à Concilio niſi propter graue peccatum, reſoluit Bañes. 2. 2. q. 12. art. 1. pag. 668.

## EX CAP. SEQVENTI.

1 *Religio diui Iacobi eſt multùm commoda pro exarctiſsima vita in quocunque religioſo exigenda, habet arctiſsimam clauſuram, multum ſilentium in clauſtro, chorum moroſſum cum grauitate, tempus deſtinatum pro lectione, pro arbitrio & voluntate ſuperioris, habet loca deſerta, in quibus diſtrictiùs quis poterit commorari.*

## SVMMARIVM.

*Commoditas ordinis diui Iacobi pro exarctiſsima vita in quocunque religioſo exigenda maxima eſt.*

CAPVT



## CAPVT XV.

Num. 1. *IN Bulla, ibi. Cũ ſint in ordine veſtro loca ſtatuta vbi quiſque diſtrictiùs valeat conuerſari.* Singularia verba ad commoditatem, quæ eſt in hac religione pro exactiſſima vita in quocumque religioſo exigenda, nam ſi deſideres Clauſuram, arctiſſima eſt, & perpetua in conuẽtibus huius ordinis, ſi deſideres ſilentium, quotidiè pro certis horis diei, & noctis, ſigno dato, indicitur, quod qui fregerit pœnã habet, ſi deſideres corum moroſum cum grauitate inuenies. Leuantenſe, inquit regula, a maytines todo tiẽpo, luego como oyeren la campana de ſu ygleſia, ſi eſtuuieren ſanos, y no fueren fatigados de grandes trabajos, y primeramẽte encomiendẽſe a Dios, y a la glorioſa Virgen ſanta Maria ſu madre, y alos bienauentura dos Apoſtoles ſan Pedro, y ſan Pablo, y ſeñor Sanctiago, y a todos los ſantos, con quanta deuocion y humildad pudieren, y digã el Pater noſter tres vezes, a honor de la ſanta Trinidad, por la ſalud de ſus animas: tengan ſilencio enla ygleſia, mientras el diuino officio ſe hiziere, y no hablen ſino pocas vezes, y eſto quando alguna neceſſidad ſe offreciere. En las horas de ſanta Maria deuẽ eſtar en pie en la ygleſia, ſaluo en ſu propia fieſta, por la prolixidad de las horas: en las otras horas, al Venite, Hymno, Magnificat, y Benedictus, eſten en pie: y quando dixeren, Gloria Patri, inclinen las cabeças al altar. Hic eſt chorus, poſt quem quod ſupereſt tempo ris, agunt religioſi in lectionibus, & diſputationibus pro arbitrio ſuperioris: & ſi videris S. Thom. 2. 2. quæſt. 180. art. 1. cum ſequentibus, reperies in præfatis cõpleri pro humana fragilitate opera vitę contemplatiuæ, & ſi ad laborioſam, & actiuam vitam voluerit aliquis ſecedere, ſunt in hoc ordine hoſpitalia, & xenodochia pro obſequio pauperum, & peregrinorum hoſpitio, quæ loca pro arbitrio & volũtate ſuperioris eligat, qui voluerit opera huius vitæ peragere, opera inquàm, quæ pertinent, ad vitam actiuam, de quibus operibus ſanctus Thom. 2. 2. quæſt. 181. art. 1. cum ſequentibus: pro vitando ergo tranſitu ad aliam religionem, benè inquit noſtra Bulla, cùm ſint in ordine veſtro, loca ſtatuta, vbi quiſque diſtrictiùs valeat conuerſari, quæ authoritas pontificia non eſt exigua approbatio pro noſtro intẽtu de religione horum militum, dùm prohibet Papa tranſitum de hac religione ad aliam: & hęc põderatio Bullę confirmationis fuit facta per dominum Licenciatum don Miguel de Marañon, & per doctiſſimum Nauarrum, ſuprà.

## EX CAP. SEQVENT.

1 *Diuus Dionyſius poſt antiſtites religionis tribuit perfectionẽ, quos*

*quos monachos & in ſuo idiomate triapedas ideſt, triadi perfectè famulantes nuncupat, & Concilium Tridentinum in viuendi ratione poſt Epiſcopos conſtituit religioſos.*

2 *Capitulum generale per regulares habendum canonicam habet formam traditam in Concilio Generali Lateranenſi capit.* 12. *tomo.* 4. *Conciliorum, pag.*217.

3 *Capitula generalia in ordine diui Iacobi frequenter ſunt habenda, & cum ſolennitate ſub iſto numero tradita.*

## SVMMARIVM.

*CApitulum generale per regulares habendum, habet formam à Concilio generali Lateranenſi, & eſt multum neceſſarium pro reformatione regularium, quibus poſt antiſtites tribuitur perfectio.*

## CAPVT XVI.

IN eadem Bulla. ibi. *Vt autem in ordine veſtro cum maiori omnia deliberatione tractentur, ſtatutum eſt inter vos, vt locus aliquis ordinetur, in quo per ſingulos annos in ſolẽnitate omnium ſanctorum generale Capitulum teneatur.*
Num.1. Pro declaratione Bullæ aduertimus, quòd vetuſtiſſimus Dionyſius. lib. cæliſtis Hierarchię. c. 6. poſt antiſtites religioſis quoq; tribuit perfectionem, quos monachos, & ſuo idiomate triapedas, ideſt, triadi perfectè famulantes nuncupat, de quibus ſubindè ait eos, qui nominantur Dei famuli, ex Dei puro ſeruitio, & famulatu vniri ad monachalẽ perfectionem, ad quam pia mater Eccleſia, tanquàm ad excellentem eius partem ſemper attẽdit, & ſuper triapedas ſemper euigilat, ſicut ſuper antiſteſtes, à quorũ reformatione incipit, & finem habet totius populi reformatio, & in offitio compræhenſio, hæc ex Diuo Paulo. 1. ad Corinthios. 1. & 3. vbi ad Epiſcopos, oportet Epiſcopos irreprẽhẽſibiles eſſe, ſobrios, caſtos, domui ſuę benè præpoſitos, & Synodus Tridẽtina Seſſione. 2. in principio, hortatur, vt ante omnia quilibet Epiſcopus in menſa ſeruet ſobrietatem, moderationemque ciborum, & in ipſorum Epiſcoporum menſis diuinarum Scripturarũ lectio admiſceatur, ne in eo loco occioſi ſermones oriantur, & familiares ſuos vnuſquiſque inſtruat, & erudiat, ne ſint rixoſi, vinoſi, impudici, cupidi, elati, blaſphemi, & voluptatum amatores, vitia fugiant, virtutes amplectantur, in veſtitu, & cultu, & in omnibus actib9 honeſtatẽ preſeferant, ſicut decet miniſtros miniſtrorum Dei, eadem ſancta Synodus poſt hanc reformationem ad antiſtites quaſi ordine ſucceſiuo accedit ad triapedas, Seſſione. 25. capit. 1. de regularibus, ſub his verbis, quoniam non ignorat ſancta Synodus quantũ ex monaſterijs piè inſtitutis, & rectè adminiſtratis in Eccleſia Dei ſplendoris atque vtilitatis oriatur neceſſarium eſſe cenſuit, quò faciliùs, ac maturiùs, vbi colapſa eſt vetus,



vetus, & regularis diſciplina inſtauretur, & conſtantiùs, vbi conſeruata eſt, perſeueret, pręcipere, prout hoc decreto præcipit, vt omnes regulares, tàm viri, quàm mulieres ad regulę perfectionem, quam profeſſi ſunt, præſcriptam vitam inſtituant, & componant, atque in primis quę ad ſuæ profeſſionis perfectionẽ, vt obediẽtiæ, paupertatis, & caſtitatis: ac ſi quę alia ſunt, alicuius regulæ, & ordinis pecularia vota, & præcepta ad eorum reſpectiuè eſſentiã, nec non ad communẽ vitam, victum, & veſtitum conſeruanda pertinẽtia fideliter obſeruent, omniſque cura, & diligentia à ſuperioribus adhibeatur tàm in Capitulis generalibus, & prouintialibus, quã in eorum viſitationibus, quæ ſuis temporibus facere nõ prętermittant, vt ab illis non recedatur, cũ compertum ſit, ab eis non poſſe ea, quæ ad ſubſtantiam regularis vitæ pertinent, relaxari, ſi enim illa, quę vaſſes ſunt, & fundamenta totius regularis diſciplinæ, exactè non fuerint conſeruata, totũ corruat ędificiũ neceſſe eſt, & Innoc. III. in Cõcilio generali Late. c. 12. tom. 4. pag. 217. formam facit pro capitulo generali habendo per regulares in ijs verbis, in ſingulis regnis, ſiue Prouintijs fiat de trienio in trienum Capitulum Abbatum, atque Priorum, ad quod vniuerſi conueniãt, prępedi-
Num.2. tionem canonicam non habẽtes, in quo diligẽs habeatur tractatus de reformatione ordinis, & obſeruãtia regulari, & quod ibi ſtatutũ fuerit ab omnibus inuiolabiliter obſeruetur omni excuſatione, & cõtradictione, ac appellatione remotis, prouiſſo nihilominùs, vbi ſequenti trienio debeat capitulũ generale celebrari: iſta forma cõciliaris ſeruatur in omnibus religionib9, iuxta quã in noſtra ſtatuitur, vt locus aliquis ordinetur, in quo generale capitulũ teneatur, & ad ipſum tredecim fratres Comẽdatores domorũ, niſi euidens, & magna eos neceſſitas detinuerit, incũctanter ocurrãt, & cõmuniter tractent, quę ad profectã ordinis, animarumq; ſalutem, & ſuſtentationẽ corporum fuerint ſtatuenda: elligãtur & tunc viſſitatores idonei, qui domos fratrum per anni circulũ fideliter viſitẽt, & quę ibi digna correctione inuenerint, aut ipſi corrigãt, aut ad generale capitulũ deferant corrigẽda, quæ ſunt verba Concilij generalis, de quo ſuprà, & tranſlata in noſtrã regulam. c. 35. ibi. Sea eſtablecido el lugar dõde ſe haga Capitulo general en cada vn año, y ſea alli el conuento de los freyles, c. 37. ibi. Y por reformar ſiẽpre la orden en mejor eſtado, es eſtable-
cido, q̃ en cada vn año por la feſti Num.3.
uidad de todos Santos el Maeſtre haga capitulo general, a dõde los trece freyles, y Comendadores de todas las caſas vẽgan al dicho Capitulo, ſi no fueren impedidos por euidente neceſſidad: y alli

ante todas las coſas ſe lea la regla,
y ſe trate de la ſalud de las animas
y prouidencia de las coſas tempo
rales.c 38.ibi.Y ſean elegidos viſi
tadores para q̃ viſiten las caſas de
los freyles por aquel año, y tornẽ
el dia ſeñalado al dicho Capitulo,
y hagã ſaber al Maeſtre y al Capi
tulo el eſtado de los freyles y de las
coſas de la orden: quę capitula ſi-
mul cũ Bulla reformationis, & cũ
Cõcilio Lateranen. de quo ſuprà,
probant pariter noſtrum intentũ
pro religione horum militum, &
eos non eſſe funditùs prolapſos à
primo inſtituto regulæ, & noſtrã
regularem diſciplinam conſerua-
tam perſeuerare.

EX CAP. SEQVENT.

1 *CLerici Canonici regulares ordi
nis diui Iacobi obſeruant regu
lam canonicam diui Auguſtini, ſuis fra
tribus canonicis regularibus traditam,
induũt ſuperpelliceis, cõuentum, & clau
ſtrum ſub Priore obſeruant, ſicut obſer
uabant Canonici de Lodio, quibus nobi-
les viri, eiuſdem ordinis fundatores pro
cultura, & cura animarum ſuarum ſe
coniunxerunt.*

SVMMARIVM.

*CLerici canonici regulares ordinis
diui Iacobi, regulam obſeruant
tempore, quo nobiles viri, eiuſdem ordi-
nis fundatores eis ſe coniunxerunt, hinc
prima cognitio, & inſtantia circa ipſos
canonicos regulares relicta eſt priori-
bus eiuſdem ordinis.*

CAPVT XVII.

*IN eadem Bulla, & ſit ibi clericorum
conuentus, & Prior, qui illorum &
aliorũ clericorum, qui de ordine veſtro
fuerint, curam poſſit habere, ac fratrũ,
cũ neceſſè fuerit prouideat, animabus.*
Pro interpretatione verborũ ad-
uertimus ad ſingularia principia
noſtri ordinis ſuprà relata, vbi ex
mente Alexãdri III.& ex antiquiſ
ſimis vſquemodò receptis annali
bus, dictum fuit, nobiles viros hu-
ius ordinis fundatores pro cul-
tura, & cura animarum ſuarum, &
vt completè ſuis animabus proui-
derent ad inſtantiam prelatorũ, &
Epiſcoporũ huius regni ſe cõiun-
xiſſe priori, & conuentui de Lo-
dio, qui erat Canonicorum Regu Num. 1.
larium Diui Auguſtini, & induebã
tur ſuperpelliceis: conuentum &
clauſtrum ſub Priori tenebãt iux-
ta prefatam regulam Auguſtini,
quam regulam, & ſtatum regula-
rem iſti Canonici ſemper retinue-
runt, & immobiliter obſeruarũt,
ſub prefato Priore regulariter vi-
uẽtes, ſicut dicit dominus Alxan-
der, ibi. induantur autem ſuperpel
licijs, & cõuentum, & clauſtrum
ſub Priore ſuo tenebunt, & humi
liter faciunt, quod ab ipſo illis
ſecũdum Deum fuerit imperatũ,
& iterùm clerici propterea veſtri
ordinis per villas, & oppida ſimul
maneant, & Priori, qui ſuper eos
fuerit ordinat⁹, obediẽtes exiſtãt:
iuxta quæ verba, & Capitula Pon
tificis Rex noſter ſupremus ordi-
nis prelatus authoritate Apoſto-
lica, & conſilium eius ſemper
reliquerunt primam ordinum co-
gnitionem, & inſtantiam priori-
bus cõuentuum, iure ſuperiorita-
tis: & ſupremæ prælationis ſibi re
ſeruato, vt ſatisfiat capitulis cita-
tis huius Bullę.



EX CAP. SEQVENT.

1 *NVmerus de los trece, de quo
fit mentio frequenter inter
ſtatuta ordinis diui Iacobi, non emana-
uit in ipſo ordine ex eo, quòd fuerint ter
decim nobiles viri, ipſius ordinis funda
tores, ſed eſt numerus pro arbitrio Põ-
tificis inuentus, de quo arbitrio non eſt
redenda ratio.*

SVMMARIVM.

*NVmerus de los trece ordinis diui
Iacobi, eſt pro arbitrio Papæ poſi
tus, & non pro ſignificatione, quòd fue
rint terdecim eiuſdem ordinis funda-
tores.*

CAPVT XVIII.

*IN eadem Bulla. hinc autem & ter
decim in ordine fratres, qui Magi-
Num. 1. ſtro, cũ opus fuerit, in conſilio, & diſpo
ſitione domus aſſiſtant, & eligendi Ma
giſtri curam habeant competentem.*
Iſte numerus terdecim non ema-
nauit in noſtro ordine ex eò,
quòd fuerunt terdecim nobiles vi
ri huius ordinis fundatores, ſed
fuit numerus poſitus ad arbitriũ
domini Alexandri, & ita de hoc
numero non eſt redenda ratio, ſi-
cut nec de ceteris arbitrarijs, vt
dicit gloſa, in. l. 1. §. pueritiam, ver
bo raptus. ff. de poſtulando. gloſ.
1.& verbo vel quatuor, in cap. 2.
de reſcriptis, in. 6. gloſa, verbo
quadrageſimum, in Clementina,
nollentes de hæreticis, & in pro-
poſito reſoluit Magiſter Iſla, ſu-
per regulam huius ordinis. fo. 70.

EX CAP. SEQVENT.

1 *VAcatio Eccleſiarum diſpendio
ſa eſt, multum periculum in-
fert ipſis Eccleſijs vacantibus.*

SVMMARIVM.

*VAcatio Eccleſiarum multum di-
ſpendioſa eſt, multum periculum
infert de Eccleſijs vacantibus.*

CAPVT XIX.

*IN Bulla, ibi. (cùm tranſitus Magi-
ſtri fuerit auditus, & cognitus, ter-
decim illos fratres conuocabit. Prior, &
ſi quiſquam eorum infirmitate, vel alia
ex cauſa infra quinquaginta dies adeſſe
nequiuerit, cum aliorum cõſilio, qui præ
ſentes fuerint, alium abſentis loco conſti
tuet, vt Magiſtri electio ex aliquorum
abſentia minimè differatur.* Quę dila-
tio in vacatione Prioratuum val Num. 1.
dè diſpendioſa eſt, & multa incõ-
moda ingruunt ex diutina Prela-
torum vacatione, quæ recenſet
text. cum gloſ. verbo periculum,
in cap. oblatę. 57. de appellationi
bus, in cap. quàm ſit Eccleſijs ipſa
rum diſpendioſa vacatio, & quàm
periculoſa eſſe ſoleat animabus,
non ſolùm iura teſtantur, ſed etiã
magiſtra rerum efficax experien-
tia manifeſtat, verba ſunt conci-
liaria, in c. quàm ſit. 6. de electio-
ne. lib. 6. ibi. magna pericula im-
minent Eccleſijs viduatis: vn-
dè inter incommoda prænuntia-
ta per Prophetam Oſeam populo

 Iſrae-

Iſraëlitico.Oſeæ.3.Illud fuit, dies multos ſedebunt filij Iſraël ſine Rege,& ſine Principe:bonus tex. in c.ne pro defectu de electione. vbi Baldus dicebat, quòd vbi nõ eſt paſtor,triumphat lupus,Ioannes de Imola, ibi. dicebat ex vacatione paſtoris ſæpè incurrunt pericula animarum in ſubditis inſtigatione dæmonis, & ſic ſtatutum eſt, quòd Eccleſia regularis,vel cathedralis vltra tres menſes paſtore non careat, cap. ne pro defectu,41.de electione.concordat,textus,in.l.10.titu.5.Partita.1.reſoluit Guillermus Durandus,de modo generalis Concilij, rubrica.46.tomo.13.1.parte.Ioãnes Liciriel, de primogenitura. quæſtio.15.lib.2. num. 10. tomo. 10.1.parte.Guillermus,de electione nouorum prelatorum, in principio, tomo. 15. prima part. deciſſio rotæ.4.in nouis,qui Doctores notant optimam rationem ad Clementinam diſpendioſam de iuditijs, iuncta Clementina ſæpè de verborum ſignificatione, quę iura dicunt in electionibus faciendis eſſe procedendum ſine ſtrepitu & figura iuditij, ſine litis conteſtatione,ne impediatur electio.

## EX CAP. SEQVENT.

1 *Inutilis,& pernicioſus prælatus poteſt remoueri, & Eccleſiæ de alio eſt prouidendum; quia cenſetur vacans.*

## SVMMARIVM.

*Inutilis, & pernicioſus prælatus poteſt amoueri, & amoto de alio commodo eſt prouidẽdum Eccleſiæ, quæ ex multis rationibus cenſetur vacans.*

## CAPVT XX.

*IN eadem Bulla, ibi. Illi verò terdecim fratres,ſi Magiſter qui pro tẽpore fuerit pernicioſus,aut inutilis apparuerit, cum conſilio Prioris clericorum, & ſanioris partis capituli maioris domus corrigendi,aut etiam amouendi eũ habeant poteſtatem.* Prælatus pernicioſus,aut inutilis amoueri debet Num.1. à prælatura, & eo amoto de alio commodo prouidendum eſt Eccleſiæ, quia talis Eccleſia cẽſetur vacans iuxta ea,quę tradunt Doctores, in cap.1. in cap. nihil de preſcriptionibus,&inutilis tutor, non cenſetur tutor.Baldus. in.l. qui fundum. §. ſi tutor. ff. pro emptore.ſic prælatus inutilis, nõ cenſetur prelatus,ſed prædo. gloſa.in c. finali. 10. quæſt. 2. bonus textus.in cap.ſecundo de tranſlatione Epiſcopi,colum.3.§.ſed neque illud vbi probatur, quòd nõ habere Epiſcopum,& habere inutilem, idem prorſus cenſetur, & mulier quæ habet maritum inutilem, cenſetur vidua,gloſa.2. in lege finali, Codice ad legem Fabiã.de Plagia.vbi dicit Acurſius, quòd qui habet patrem inutilem cenſetur orbatus patre, optimus textus ad propoſitum, in.l.cùm hæres.52.ff. de acqui. hereditate, eſt



eſt videndus Pinelus in.l.1.C.de bonis maternis.1. parte.in princ. à num.60.pag.72.text. quaſi in terminis,qui loquitur in ſuperiore regulari,in cap. cùm ad monaſterium de ſtatu monachorum, ibi.quòd ſi præuaricator ordinis fuerit,aut comtemptor,ſeu negligẽs,aut remiſſus,pro certò ſe nouerit non ſolùm ab officio deponendum,ſed & alio modo ſecundum regulam caſtigandum cùm offenſa non ſolùm propria, verũ etiam aliena de ſuis manibus requiratur.

## EX CAP. SEQVENTI.

1 *Canonici regulares ordinis diui Iacobi ſunt cõſtituti pro curatis, & præpoſitis animarum eorum,qui incolunt oppida ipſius ordinis.*

2 *Priores ordinis diui Iacobi ſunt prælati Eccleſiaſtici,iuriſdictionem ordinariam habentes,territorium, & diſtrictum,ſicut cæteri Eccleſiaſtici ordinarij,& ſic exercent & habent omnia, quæ ſunt iuriſdictionis Eccleſiaſticæ.*

3 *Priores ordinis diui Iacobi ex rationibus allegatis nullo modo includũtur ſub deciſsione Concilij Tridentini, Seſsione.23.c.10. de reformat.incipit. Abbatibus,quia intelligitur de Abbatibus ex ſuperioribus Eccleſiaſticis exiſtentibus intra terminos,& limites alicuius Epiſcopatus,non verò de prioribus ordinis diui Iacobi,quia Diœceſani ſunt.*

4 *Cura animarum eſt graue onus angelicis humeris formidandum,& verè ars artium vocatur.*

5 *Priores regulares debent eſſe tales, quibus omnes in omnibus reuerenter obediant,frequenter cum fratribus in cõuentu aſsiſtant,& qui ſunt ordinis diui Iacobi vigilem curam & diligentem ſolicitudinem ferant de omnibus, quæ ſunt in ſuis prouintijs, formidantes rationem poſcendam ab eis,& in eo,quòd regulares ſuperiores ſunt,de ſuis regularibus,& in eò,quòd prælati de ſuis prouincialibus,qui non ſunt pauci.*

## SVMMARIVM.

*Canonici regulares ordinis diui Iacobi ordinantur curati,& præpoſiti animarum eorum, qui ſunt in prouintia,& ordine, Priores, vt ſuperiores prælati Eccleſiaſtici,plenam iuriſdictionem habentes.*

## CAPVT XXI.

*IBi. Clerici præterea veſtri ordinis per villas,& oppida ſimul maneãt, & priori, qui ſuper eos fuerit ordinatus,obedientes exiſtant, & filios fratrum,qui eis à Magiſtro fuerint commiſſi,inſtruant ſcientia literarum, & fratribus tàm in vita,quã in morte ſpiritualia ſubminiſtrent.* Iam ſemel & iterùm reſoluimus nobiles viros huius ordinis fundatores ad inſtãtiam prælatorum, & Epiſcoporũ huius regni ſe conſociaſſe,& coniũxiſſe Priori,& Canonicis regularibus de Lodyo, vt tàm Prior, quàm Canonici eorum animabus prouiderent,& tàm in vita, quàm in morte ſpiritualia eis ſubminiſtrarent,& ex tũc Priorẽ haberẽt, vt prelatum ordinis, Canonicos, vt curatos præpoſitos animarum Num.1. ſuarum

ſuarum, quod integrum intẽtum confirmauit Papa in clauſula ſub ſequuta, ex qua exiuit Regula, capit. 33. ibi. Los freyles clerigos, aſſi en los caſtillos, como en las villas de la orden viuan juntamente ſola obediencia del Prior, que ſobre ellos fuere ordenado, los quales prouean a las yglesias como vierẽ que es meneſter, y mueſtren ſciencia de letras a los hijos de los freyles legos, que el Maeſtre les mãdare, y adminiſtren las coſas eſpirituales, y ſacramentos a los freyles legos, aſſi en la vida, como en la muerte. Manifeſta ſunt verba Papæ, & teſtimonia regulæ pro prælatura, & prępoſitura Priorum ordinis, quiſque in ſua prouintia, pro qua eſt completus Eccleſiaſticus ſuperior, ordinariam, & plenam iuriſdictionẽ habens, territorium, & diſtrictũ, poteſtatem abſoluẽdi, diſpenſandi, & exercendi omnia, quæ ſunt iuriſdictionis Eccleſiaſticę, vt pro-
Num. 2. bat text. in c. cùm & plantare de preuilegijs. in cap. quoniam. in cap. Abbates, & ibi. gloſ. verbo quaſi Epiſcopalem eod. titu. lib. 6. glo. verbo. proprij in Clementina. 1. de rebus Eccleſiæ Doctores. in c. Ioan. de teſtamentis, vbi Couarru. Nauarr. conſil. 27. de prebẽdis in Manuali. c. 12. nu. 75. glo. pragmaticę Sanctio. ſub tit. de ſpectaculis. pag. 158. Lãcelotus Conradus de templo iudicum. lib. 2. c. 7. de Abbate, Marcus Antonius de inſtitutionibus maio. lib. 2. titu. 3. de Abbate. pag. 258. frater Henriquez lib. 3. ſuæ Sũmę, cap. 6. pag. 404. 406. & ita priores huius ordinis plenè ſunt ordinarij, & quaſi Epiſcopi, & dico quaſi, ad excludenda ea, quæ ſunt ordinis epiſcopalis, non verò iuriſdictionis: vndè vt reſoluimus approbant Confeſſores, diſpenſant, cõferunt beneficia, dãt reuerendas, ita quòd nullo modo includãtur ſub deciſſione Concilij Tridentini Seſſione. 23. c. 10. de re- Num. 3.
formatione, incipit Abbatibus, dùm diſponit Abbatibus, ac allijs quibuſcunq; quantumuis exemptis non licere intra fines alicuius Diœceſis conſiſtentibus, etiã ſi nullius Diœceſis, vel exempti eſſe dicantur, quòd Concilium intelligatur de Abbatibus, & ſuperioribus Eccleſiaſticis exiſtentibus intra terminos, & limites alicuius Epiſcopatus, non de Abbatibus multis, nec de prioribus huius ordinis, qui Diœceſani ſunt. ex glo. verbo Diœceſanis, in Clementina. 1. de foro competenti, quam ad propoſitum notat Couarru. in cap. Ioan. de teſtamẽtis, & tales Priores territorium ſibi cõſtituũt, hoc eſt locum publicũ, & ordinarium iuxta deciſſionem text. in. l. pupilus, 239. §. territorium. ff. de verborum ſignificatione, in c. cùm Epiſcopus de officio ordina. in 6. l. fina. ff. de iuriſdictione omnium iudicũ, eleganter Abbas, & alij, quos refert frater Henriquez lib. 3. Summæ. c. 6. pag.



pag. 406. Nauarr. in Manuali. c. 12. nu. 75. & ita eſt magna differẽtia inter Abbates ſuffraganeos, aliàs exemptos, & inter Abbates magnos habentes quaſi Epiſcopalẽ iuriſdictionẽ, quòd de primis loquatur Concil. ſuprà, de ſecundis verò non dicunt Doctores ſuprà allegati. Omnes igitur clerici huius ordinis aſſumuntur ad curam
Num. 4. animarum: Priores quiſque pro ſua integra Prouintia, cæteri pro villis, & oppidis, in quibus manẽt ordinatione, & diſpoſitione Magiſtri, aſſumuntur ad onus, angelicis humeris formidandum, vt dicit tex. in Concilio Tridẽtino Seſſione 6. cap. 1. de reformatione. & verè ars artium regimen animarum. cap. cùm ſit de ætate, & qualitate, ſit ergo Prior, cui omnes in omnibus reuereãtur obediant, quantò frequentiùs poterit ſit cũ fratribus in conuentu, vigilẽ curam, & diligentem ſolicitudinem ferat de omnibus, qui ſunt in prouincia, vt de officio ſibi cõmiſſo dignam Deo poſſit reddere rationem, ſint cæteri Religioſi in vita circunſpecti, qui pro villis, & oppidis conſtituntur ad curam animarum: quippè ſciant adſtrictã ab eis repoſcendam eſſe rationẽ,
Num. 5. & in eo, quòd Chriſtiani ſunt, & in eo, quòd religioſi, & in eo quòd præpoſiti animarum ſubditorũ: in eo quòd Chriſtiani & religioſi propter ſe ipſos, in eo quòd prępoſiti propter alios, nã ſunt multi, qui Chriſtiani & non præpoſiti perueniunt ad Deum faciliori fortaſſe itinere, & tantò fortè expeditiùs ambulantes, quantò minorem ſarcinam portant, prępoſiti autem non ſic, ſed rationẽ Deo reddent de vita ſua, & de vita aliena, & tunc quid eijs proderit non puniri ſuo, qui fortè puniẽdi ſunt alieno peccato: hoc eſt, quod proclamat Paulus ad Hebræos. 13. Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis, ipſi enim peruigilant, quaſi rationẽ reddituri pro animabus veſtris: refertur in Synodo Moguntina. 3. tomo Concilio. pag. 833. & Ezechiel. 34. poſt quàm cõminatus fuit paſtoribus, qui paſcebant ſeipſos, concludit, ecce ego ad paſtores, & requiram oues meas ex manu eorum, & faciã vt deſinãt paſcere oues meas, & non paſcent ampliùs paſtores ſeipſos, & eripiã oues meas de manu eorum: optima Apoſtolica cõſtitutio. 18. 1. tomo conci. pag. 73. Conci. Aquilenſe, cap. 12. tom. 3. pag. 714. Conci. Aquiſgran. c. 25. tomo. 3. pag. 725. Clemens Papa Apoſtolica conſtitutione. 18. 1. tomo. concil. pag. 73. quibus locis conciliaribus latè traditur de grauitate, & onere curæ animarum, quam aſſumimus religioſi huius ordinis, & pro tanto onere aſſumpto procedit Papa in Bulla confirmationis.

EX CAP. SEQVENT.

1 *Præceptum decimandi Eccleſiaſticum eſt, & fundamentũ habet ratione naturali, & authoritate*

*vtriuſque teſtamenti, relata in multis capitulis iuris Canonici.*

2 *Ad præceptum Eccleſiaſticum decimandi tenentur fratres laici ordinis diui Iacobi pro alendis clericis eiuſdem ordinis.*

3 *Decimæ perſonales procedunt ex artificio, & negociatione, prediales ex fructibus perceptis ex predio, & terra culta, mixtæ ex fœtibus animalium, & deuẽtur tales decimæ mixtæ Eccleſiæ parrochiali, in qua animalia morantur, & paſcunt.*

4 *Papa poteſt eximere aliquas perſonas à ſolutione decimarum, & eximente parrochianos ne ſoluant parrochiæ, ſed aliæ perſonæ, in quo non eſt præceptum tolere, ſed interpretari.*

5 *Priuilegium principis ſine præiudicio tertij procedere debet, & in minimo quàm poteſt iuri commnni præiudicare.*

6 *Res conceſſa Eccleſiæ tranſijt cum honere decimãdi priori Eccleſiæ, cui ante conceſſionem erat decimalis.*

7 *Capellania fundata de prædijs decimalibus alicui Eccleſiæ, remanent decimalia eidem Eccleſiæ, quia tranſeunt cũ ſuo honere.*

## SVMMARIVM.

*FRatres laici ordinis diui Iacobi tenentur ſoluere decimas perſonales, prediales, & mixtas, fratribus clericis pro eorum ſuſtentatione.*

## CAPVT XXII.

*CLericis verò de laboribus, & alijs bonis à Deo preſtitis decimæ reddantur à fratribus, vndè libros & congrua Eccleſiarum faciant ornamenta, & in neceſsitatibus corporum conueniẽter ſibi prouideant, & ſi aliquid ſuperfuerit ſecundum prouidentiam Magiſtri in vſus pauperum erogetur.* Quæ verba ex integrò referuntur, in cap. 1. de verborum ſignificatione. lib. 6. quam Decretalem, vt reſoluimus, fecit Inno. quartus, reſpectu huius ordinis, cuius regula, c. 34. ſic habet. A eſtos freyles clerigos den los freyles legos los diezmos de ſus labores y trabajos, y de los otros bienes que Dios les diere, de donde prouean ſus perſonas delas coſas neceſſarias, y comprẽ ornamentos para las ygleſias, y ſi alguna coſa ſobrare, ſea diſtribuyda a pobres ſegun la prouidẽcia del Maeſtre: hoc præceptum decimandi Eccleſiaſticum eſt radicatum, & fundatum in ratione naturali, & authoritate vtriuſque teſtamenti, quam authoritatem re-
fert text. in cap. 1. de decimis, in Num. 1.
cap. cùm nõ ſit in homine, in cap. Parrochianos, eod. titu. de decimis, in c. decimas. 16. quæſt. 7. in cap. reuertimini. 16. quæſtio. 1. in cap. admonemus. 16. quęſt. 2. quibus locis Doctores, Couarru. lib. 1. variarum. c. 17. nu. 2. Nauar. in Manuali, c. 21. nu. 28. meliùs Sanctus Thom. 2. 2. quæſt. 87. arti. 1. Florentinus. 2. part. tit. 4. c. 3. §. 5. Sylueſter verbo decimæ. quęſt. 3. Caſtro lib. 5. aduerſus hæreſes verbo decimę, Soto lib. 9. de Iuſticia & iure. quęſt. 4. arti. 1. Doctor Perez. lib. 1. ordinamenti. tit. 5. pag. 119. Rebuffus de decimis. quęſt. 1. nu. 13.



nu. 13. ad quod pręceptum Eccle-
Num. 2. ſiaſticum tenentur fratres laici huius ordinis pro alendis clericis, & ſi negauerint, pręter graue peccatum, quod committunt, tenentur ad reſtitutionẽ ipſis fratribus clericis, quia decimæ ſunt tributa debita clericis ex debito naturali, & diuino: vt dicit diuus Auguſtinus in cap. decimæ. 16. quæſt. 1. optimè in Concilio Tridentino, Seſſione. 25. c. 12. de reformatione: & quia ſunt multa ſtatuta huius ordinis, ea referamus circa iſtam ſolutionem decimarum, & in primis eſt cap. 4. tit. 18. de los diezmos. fol. 125. ibi. Por quitar todas las dudas entre nueſtros ſubditos, y les dar ley por donde viuã ſin encargar ſus conſciencias, cõformandonos cõ el derecho diuino y humano, mandamos, que todos los Comendadores caualleros, y freyles de nueſtra orden paguen las decimas en la forma ſiguiẽte. Primeramente, que todas las coſas, que ganarẽ por ſus perſonas, anſi en guerras como en otros actos de la caualleria, o negociaciones, ò officios, ò induſtrias, de que ayan de pagar diezmo, que enteramente paguen a los dichos nueſtros Priores y cõuentos de diez coſas vna: hoc totũ caput procedit in decimis perſonalibus, quæ ex artificio, & negociatione debẽtur, vt dicit tex. in cap. peruenit, in cap. nuncios de decimis. in l. 3. & 11. tit. 20. Par-
hoſpitio & receptione ex quacũque parte orbis ad ventãtium, hoſpitale apud ſanctum Marcum Legionenſe pro alia eorundem peregrinorũ ſtatione hoſpitale pro diuerſis infirmitatibus in oppido de Vcles, quibus hoſpitijs & xenodochijs cum charitate, & cura, cum ſufficienti bonorum copia excipiuntur hoſpites, admittuntur peregrini, curantur infirmi, reſipiuntur debiles iuxta ſtatutum ordinis, tit. 19. de los hoſpitales. cap. 7. ibi. Eſtrecha cuenta nos ſera demandada de como cumplimos las obras de miſericordia, ſegun el ſanto Euãgelio nos lo mueſtra: por tanto, mucho encargamos a los adminiſtradores de los hoſpitales, que vſen ſus officios con toda caridad y fidelidad, no tomando para ſi ninguna otra coſa de los dichos hoſpitales, mas de ſus ſalarios: y para que mas ſe animen ſiempre a ſeruir a los pobres, deuen de reboluer en ſus memorias muchas vezes aquellas palabras de nueſtro Saluador: Lo que a vno de mis pequeños heziſtes, a mi lo heziſtes: preter iſtas communitates pro obſequio fratrum, pro indigentia proximorum, eſt
Num. 3. in hoc ordine alia cõmunitas operi pietatis, & charitatis valdè vtilis, & operoſa, inſigne huius ordinis Collegium Salmanticæ, mihi valdè colendum, in quo per viginti & quatuor annos cõtinuos fui, Licentiaturæ, & Doctoratus gradum in ſacro Iure Canonico pro illa Vniuerſitate ſum adeptus, per integros decem & octo annos cõtinuos in illa alma Vniuerſitate Ius Canonicum prælegi, quatuor cathedras habui, inter quas tres fuerunt ſubſtitutionis primariæ Canonum, & hoc pro benedictione & paterna Dei pietate, qui dat omnibus affluenter, nec improperat. Eſt igitur hoc noſtrum celebre collegium Salmãticę, in illa famoſa vrbe & glorioſa Vniuerſitate valdè clarum, & notum, ſignatum non ſolùm ampla & Regia ędifitij ſuperficie, ſed ſolij ipſius, cui ędificium ſuperpoſitum eſt, inenarrabili commoditate ad campum grande, atque amplum, ſpatium terræ, ad flumen altum, & perenne de Tormes, de ſuperiori loco hoc noſtrum Collegium eſt pro roſtris, non diſtans à foro, & frequentia hominũ, arcẽ, & mœnia illius clariſsimæ vrbis occupans prope nobiliſsimum orbis terrarum gymnaſium, eſt digeſtũ in claſes, eſt ſelectis collegijs iam per aliquot annos apud nos profeſsis diſtributum. Haya en el Collegio diez y ſeys collegiales para el eſtudio, de los quales ſeran elegidos, ocho del conuento de Vcles, y ocho de ſan Marcos, por votos del dicho Prior, y de los freyles de orden ſacro capitularmente, y en los que concurrieren mas votos, los tales ſean collegiales: y deſta manera, de ocho de cada vno de los conuentos, ſeran ſeys para Artes, y Theologia, y dos

dos para Derecho Canonico, aſſi q̃ por todos ſeã doze para Theologos, y quatro para Canoniſtas: y que para hazer la tal eleccion, ſiempre que ſe proueyere alguna Collegiatura juren los que hã de votar de elegir el mas habil, y de mejores coſtũbres, y que por lo menos ſea Latino ſufficientemente, y q̃ paſſe de veynte años de hedad: & tanta ſolertia, & cura totius ordinis eſt hoc collegiũ ordinatum, vt ad eius Patrimonium, & non paruam annonam. Eſte ſituado en los conuentos largamẽte, vndè preter collegas alij pluſquàm viginti viri honeſto loco, & bona indole præditi, collegij commenſales, & alumni in illa literaria republica honeſtè viuunt, & ſufficienter alũtur, & creſcũt pro commodo, & vtilitate totius reipublicæ Chriſtianę, ex quibus videtur ſatiſfactum propoſito põtificis in hac Bulla. ibi. ſit vobis precipua cura pauperum, vt ſacra noſtra religio poſſit dicere cũ Iob cap. 31. Si negaui quod volebant pauperibus, & oculos viduæ expectare feci, ſi comedi bucellã meam ſolus, & non comedit pupillus ex ea, quia ab infantia mea creuit mecum miſericordia.

## EX CAP. SEQVENT.

1 *A Tempore Apoſtolorum pro cõmoditate gubernationis eſt diuiſio Epiſcopatuum, Archiepiſcopatuũ, Patriarchatuum.*

2 *Diuiſio Eccleſiaſticæ monarchiæ maximam ſimilitudinem habet cum diuiſione populi Romani, quam fecit in defenſores ciuitatum, in Præſides prouintiæ, & in Proconſules.*

3 *Sacerdotium Euangelicum, & monarchia Eccleſiaſtica magis eſt erecta ad ſimilitudinem Gentilium, quàm ad ſimilitudinem Iudæorum, quorũ ſacerdotium erat abreuiatum, & non diffuſum per totum orbem.*

4 *Flamines, archiflamines, prothoflamines erant gradus & ordines ſacerdotum Gentilium, quibus in noſtro ſacerdotio ſunt ordines correſpondentes.*

5 *Emerita auguſta antiquiſſima in Hiſpania vrbs mirabilibus Romanorum eſt clara, innumerorũ martyrum ſanguine laureata, inter quos eſt eidem vrbi patrona & proximè nata, & propria quaſi incola clariſſima martyr beata Eulalia.*

## SVMMARIVM.

*Diuiſio ordinis Eccleſiaſtici in parrochos, Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, & Primates eſt à tempore Apoſtolorum.*

## CAPVT XXVII.

I*N eadem Bulla, ibi. Ad hæc adijciẽdũ decernimus, cùm ſit locus aliquis, in quo Epiſcupus eſſe debeat ſi in veſtrã venerit poteſtatem: ſit ibi Epiſcopus, qui cum Eccleſijs & clero ſuo deſignatos ſibi reditus, & poſſeſſiones, & ſpiritualia iura percipiat, reliqua verò cedant in vſus veſtros, & in veſtra diſpoſitione, ſine cuiuſquam contradictione perſiſtant.* Pro loco, in quo Epiſ Num.1.
copus eſſe debet, aduertimus, quòd à tẽpore Apoſtolorum parochi



rochi ſunt poſſiti in oppidis, Epiſcopi in ciuitatibus multorum oppidorum, Archiepiſcopi in ciuitate maiori multarũ ciuitatum, Patriarchę, ſeu primates in ciuitate ſumma habẽte plures prouincias, quę diuiſſio tradictio Apoſtolica eſt, patet ex Clemente coætanęo Apoſtolorum Petri diſcipulo, in Epiſtola ad Iacobum fratrem Domini. 1. tomo Conciliorum. pag. 284. refertur in c. 2. 80. diſtinctione. Stephanus Papa primus, Epiſtol. 2. tomo. 1. Conciliorum. pag. 400. colu. 2. quam Epiſtolam indebitè tribuit Gratianus Lucino Papæ, in c. 1. 80. diſtinctione. Anacletus Papa, Epiſtola. 2. 1. tom. Cõciliorum. pag. 360. refertur à Gratiano, in c. Epiſcopi. 80. diſtinct. Anicetus Papa in Epiſto. ad Galliæ Epiſcopos. 1. tomo Conciliorum. pag. 332. refertur à Gratiano in c. nulli. 99. diſtinct. quæ diuiſio ab Apoſtolis fuit facta ad ſimilitudinem Gẽtilium, qui ante aduentum Chriſti Domini diuiſſerãt gubernationem & monarchiam
Num.2. in deffenſores ciuitatum, in præſides prouintiæ, in proconſules: defenſoribus ciuitatum correſpondẽt Epiſcopi, pręſidibus prouintiæ Archiepiſcopi, proconſulibus, & Legatis Prouintiarum Patriarchæ, vt docet Stephanus Papa poſt Clementem, & antiquiores ſuprà. Anacletus dicta Epiſtola. 2. relata, in c. prouinciæ. 99. diſtinctione, ibi. prouintiæ multo ante Chrſti aduẽtum tempore diuiſſæ ſunt maxima ex parte, & poſteà ab Apoſtolis, & beato Clemẽte prædeceſſore noſtro ipſa diuiſio eſt renouata in c. omnium prouintiarum, optima glo. verbo Canonica, in c. 1. de officio ordinarij, in 6. mirabiliter Sanctus Tho. 3. parte. quęſtione. 22. art. 2. in 2. argu. vbi multis rationibus probat, quomodò noſtrum Sacerdotium, & Monarchia Eccleſiaſtica fuit diuiſſa ex diſpoſitione Petri, Num.3.
magis ad ſimilitudinem gentiliũ, quàm ad ſimilitudinem Iudęorũ, & ea eſt bona ratio, quòd ſacerdotium noſtrum futurum erat diffuſum per totum orbẽ, & nõ abreuiatum intra terminos legis Iudaicæ, & ita Gentiles ſuum habebant ſacerdotium diffuſſum per totum orbem in Flamines, Archi Num.4.
flamines, Prothoflamines, & pro flaminibus Epiſcopi, pro archiflaminibus Archiepiſcopi, pro prothoflaminibus Patriarchę ſunt in Eccleſia conſtituti à Petro, Clemẽte, & alijs Pontificibus, vt docet Gratianus in Sũma. 21. diſtinctione. Franciſcus Duarenus de beneficijs, lib. 1. d. 25. tomo. 15. 2. parte. fol. 8. Alciatus. lib. 8. Parergon. cap. 10. qui Doctores notãt ad Acurſium, in l. ſi duas. §. 1. verbo maximè de excuſationibus tutorũ, vbi dicebat Acurſius, quòd in maximis ciuitatibus conſtituũtur Archiepiſcopi, nam contrariũ eſt dicendum, imò quòd Epiſcopi conſtituantur in minoribus ciuitatibus, Archiepiſcopi in maioribus,

ioribus, Patriarchę in maximis ciuitatibus: & in capitibus prouintiarum, vbi conſtituebãtur prefecti pretorio, qui erant quaſi reges, & ſuper illuſtres, vt meliùs tenuit Baldus, in l.1.§.1.nu.13.ff. de officio prefecti pretorio, dicẽdo, quòd Patriarchę redacti ſunt ad inſtar Regum, qui multas regunt prouintias. Iaſon. in l.1. coluna. 2. ad finem, ff. de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio, hinc emerita Auguſta antiquiſſima Hiſpanię vrbs, *Num.5.* mirabilibus Romanorũ clara, innumerorum martyrũ ſanguine Laureata, inter quos Beata Eulalia fuit; quę propè illam vrbẽ nata, & cùm duodecim eſſet annorum martyrio ſpontè oblata, quot ætatis habebat annos, tot acerbiſſima pertulit martyria, & tot de ſe Deo fecit grata ſacrificia, vt maniſeſtant martyria depicta in ſacello, & loco martyrij, qui eſt in illa vrbe: hęc igitur vrbs, vt primũ venit in poteſtatẽ Chriſtianorum, fuit facta caput multorum oppidorum pro Epiſcopatu, vt declarant Cõcilia Emerita, & hodie iuxta thenorẽ huius Bullę, pro Epiſcopo eſt ibi Prior Cõuentus ſancti Marci.

## EX CAP. SEQVENT.

1 *QVi in ſpiritualibus præficiendus eſt populo, multis qualitatibus debet eſſe ornatus.*

2 *Qui præeſt populo in ſpiritualibus, factis ipſis, vitæ actionibus, quod eſt veluti perpetuum quodam prædicandi genus, debet eſſe præcellens.*

3 *Scientia, prudentia, & ſolicitudo in præpoſito multum iubant pro optima populi gubernatione.*

4 *Presbyter, qui aſumitur ad ſumptionem ſuprà corpus Chriſti myſticum, debet ſcire quæ plebi ſunt cognitu neceſſaria, & ita ſcire debet quæ Epilogatè referuntur in Concilio quinto Mediolanenſi.*

5 *Præpoſiti redituri rationem pro ſe, & omibus ſuis in delicto alterius non cõnibeant, aduertentes, quòd ſicut duplici honore benè facientes digni habentur, duplici iuditio arguendi ſunt ſi malè egerint.*

## SVMMARIVM.

*PRæficiendus in ſpiritualibus multis qualitatibus debet eſſe ornatus, factis ipſis, ac vitæ actionibus, & præditus ſcientia literarum.*

## CAPVT XXVIII.

*IBi. Liceatque vobis per clericos veſtros idoneos eaſdem Eccleſias cum ſuis plebibus gubernare.* Sub his verbis repetit Alexãder tertius, quomodò gubernatio populorum in ſpiritualibus commendanda eſt huius ordinis clericis idoneis, pro quorum idoneitate ad gubernandas plebes in ſpiritualibus aduertimus, quòd primum ac potiſſimum, quòd in eo, qui in ſpiritualibus pręficiendus eſt populo, æſtimandum venit, eſt morum cõpoſitio, *Num.1.* virtutumque ornamentum, quia omnium plebanorum, & curatorum, vna cura precipua eſſe debet,



debet, Chriſti ſanguinem colere, eius redẽptionem promouere, ad diuinum amorem ſubditos prouocare, hęc autem nemo curare poteſt, & ꝓ dignitate adminiſtrare, niſi in quo idem Chriſti ſanguis ferueſcat, idẽque inardeſcat amor iuxta illud Eccleſſiaſtici. 14. qui ſibi nequàm eſt, cui alij bonus erit? & in Concilio Tridentino, Seſſione. 25. cap. 1. de reformatione: refertur de parochis, dubitandum non eſſe, reliquos fideles ad religionem, innocẽtiamque faciliùs inflammari, ſi prępoſitos ſuos viderint non ea, quæ mundi ſunt, ſed animarum ſalutem, ac cęleſtẽ patriam cogitantes: ideò admonet omnes, qui in ſpiritualibus pręficiuntur populo, vt factis ipſis, ac vitę actionibus, quod eſt veluti perpetuum quodam prædicãdi genus, ſe muneri ſuo confor- *Num.2.* mes oſtendant, ità mores ſuos cõponant, vt reliqui ab eis frugalitatis, modeſtię, continentię, ac quę nos tãtoperè cõmendat Deo ſanctæ humililatis exẽpla petere poſſint, hæc in Concilio: aduertantque parochi, quòd dedit eos Dominus in exemplum cunctorum in populo, vt dicit Innocẽtius tertius, in c. qualiter. 1. de acuſationibus, & Diuus Paulus ad Titum, cap. 2. inſtruens Titum pro cura animarum, tu inquit loquere quę decent ſanam doctrinam, quæ ad bonos mores pertinent, cum gl. ibi. ſenes, vt ſobri ſint, honeſti, pudici, prudentes, ſani in fide, in dilectione, in patiẽtia vt ſobri ſint, moderati in actibus ſuis, quod exigit maturitas ętatis, pudici, quia contrarium eſt valdè deteſtabile in ſenibus, prudentes in agibilibus per experientiam longi temporis, ſani in fide abſque admixtione erroris, in dilectione quæ eſt forma fidei, in patientia ſimiliter ſint ſani, ità quòd non frãgantur per impatientiam in aduerſis: procedit Diuus Paulus, anus ſimiliter in habitu ſancto, non criminatrices, non vino multò ſeruiẽtes, benè docentes, vt prudentiã doceant: primo loco in anu diuus Paulus requirit habitum ſanctum, religioſum, & honeſtum, non criminatrices, imponẽtes de facili crimina iuuenculis, non multò vino ſeruiẽtes, nam potatio vini exceſſiua inducit ad fractionẽ caſtitatis vidualis, benè docẽtes, vt prudentiam doceant adoleſcentulas iuniores mulieres, non in publico ſed in ſecreto, & bono vitę exemplo: procedit diuus Paulus adoleſcentulas, vt viros ſuos ament, filios ſuos diligant, prudẽtes, caſtas, ſobrias, domus curam habentes, benignas, ſubditas ſuis viris, vt non blasfemetur verbum Dei: iuuenes ſimiliter hortare, vt ſobrij ſint, & concludit Paulus in omnibus teipſum prebe exemplũ bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, quia vitę integritas in prępoſito perpetuò quodã prædicandi genus eſt, vt dicit Conciliũ ſuprà, pro quo munere præ-

re prædicandi & inſtruendi ple-
Num.3. bem,requiritur in præpoſito ſciē
tia, prudentia,ſolertia, quæ mul-
tũ iubant pro charitate, & hone-
ſtate morum: vt dicit tex. in c.cũ
in iuuẽtute de præſumptionibus,
ibi,quis præterea de facilè crede-
ret,quòd vir prǽditus ſcientia lite
rarum propriæ ſalutis oblitus ad
eam paſſionis ignominiam ſe cō-
uerteret, & Probe.2.Si intrauerit
ſapientia cor tuum,& ſcientia ani
mę tuę placuerit, conſilium cuſto
diet te,&prudentia ſeruabit te,vt
eruaris à via mala, & ab homine,
qui peruerſa loquitur: & pro ſciē-
tia requiſita in prępoſito anima-
rum,audi Concilium Mediolanen
Num.4. ſe. V. vbi dicitur,quòd ſi presby-
ter aſſumatur ad functionē ſuprà
corpus Chrſti myſticũ, debet ſci-
re quæ plebi ſunt cognitu neceſſa
ria, & ita ſcire debet impedimen-
ta omnia, quorum cauſa interdi-
ctum eſt, ne quis ſacramenta mini
ſtret, ne quisuè ſuſcipiat, & ſci-
re debet quæ vniuſcuiuſque ſa-
cramentorum materia, quęuè for
ma ſit, quę eorum efficiens cauſa,
& principalis, quæ inſtrumẽtalis,
quæ finalis, quæ eorum differen-
tia, qui effectus, quiuè fructus,
qui eorum ritus, quęuè ceremo-
nię:&quærẽdum eſt ab eo,an no-
uerit caſus Sanctiſſimo Papæ, &
Epiſcopo tàm à iure,quàm ab ho
mine reſeruatos, habere debet ali
quam ſacrorum Canonum noti-
tiam,pręcipuè Tridentini, & pro
uincialis Concilij,ita in Concilio
Medio.V.tomo 5.pag.760.eſt vi
dendus Nauarrus, in Manu. cap.
25.nu. 183. Soto. in 4.diſtinctio.
25. quæſt. 1.art.4. pag. 60.Maio-
lus,de irregularitate, lib. 1.c. 32.
pag.98.qui Doctores concludũt,
Num.5. pro idoneitate prępoſiti habendā
eſſe rationem loci, in quo quis eſt
pręponendus miniſter,vt ſi locus
ruralis ſit, ſi ſilueſter, ſi parùm in
colatus,vt qualis grex,talis ei pa-
ſtor pręponatur iuxta illud Eſaię.
qualis populus,ſic&ſacerdos,tex
tus cum ſua gloſa,verbo vel ſuffi
cientibus in c.priſcis.55. diſtinct.
celebre Concilium Neoceſarien-
ſe. 1. tomo Conciliorũ, pag.471.
refertur à Gratiano, c. vnico.57.
diſtinctio. & hęc pro aliquali ido-
neitate requiſita in prępoſito,epi
logando ſacerdotes præpoſiti re-
dituri rationem pro ſe, & ouibus
ſuis,in delicto alterius non conni-
beant ſilẽdo, ſed potiùs arguant,
moneant,caſtigẽt, ieiunijs ſe ſtrin
gant, vt ſic viuendo metum infe-
rant, reuerentiam iniciant, filios
reuerentes efficiāt,duplici hono-
re digni habeantur, ſicut duplici
iudicio arguendi ſunt,ſi malè ege
rint,ex diuo Paulo.1.ad Corinth.
5. prefatus epilogus eſt Clemen-
tis inter Apoſtolicas conſtitutio-
nes c.28.tom.1. Conciliorũ. pag.
79.& meliùs cap.17.pag.72.

## EX CAP. SEQVENT.

1 *PRo tempore interdicti multi
ſunt preuilegiati in iure, & pri
mo loco ſunt Epiſcopi cum ſua familia,
tem-*



*templarij, cruce ſignati, religioſi, & cle
rici.*

2 *Quadruplex moderatio eſt ſeruāda
in diuinorum celebratione pro tempore
interdicti, quòd dicantur in Eccleſia ia
nuis clauſis, voce ſubmiſſa, non pulſatis
cāpanis, excluſis excōmunicatis, & in-
terdictis.*

3 *Sub nomine Eccleſiæ pro tempore in
terdicti intelligitur hoſpitale, & priua-
tum oratorium, ſi modò ab Epiſcopo fue
rit approbatum, adhibitis circunſtātijs,
de quibus hodie in Concilio.*

4 *Sub nomine offitij diuini tempore in
terdicti intelligimus non ſolùm horas
canonicas, miſſas ordinarias de die, &
feſto, ſed quaſcumque miſſas votiuas.*

5 *Hodie poſt extrauagantem ad eui-
tanda ſcandala pro vitandis excommu
nicatis, & interdictis, etiam in diuinis
neceſſaria eſt denominatio nominatim
facta.*

## SVMMARIVM.

*MVlti ſunt priuilegiati pro tempo
re interdicti, quo tempore cum
multis circunſtantijs eſt diuinum offi-
tium celebrandum.*

## CAPVT XXIX.

*IBi. Fas ſit vobis tàm in maiori Eccle-
ſia, quæ caput fuerit ordinis, quàm in
alijs excommunicatis, & interdictis ex
cluſis, diuina ſemper offitia celebrare
tempore interdicti.* Multi ſunt pri-
uilegiati pro tempore interdicti
& primò iure etiam antiquo con
ceſſum eſt Epiſcopis tàm per ſe
celebrare,quàm per alium, & in-
tereſſe,vt probat text. in c. quod
nonnullis de priuilegijs,ibi.in fa-
uorem Pōtificatus offitij ad Epiſ-
copos extendentes cōcedimus,
vt cum commune terræ interdi-
ctum fuerit,excommunicatis, &
interdictis excluſis,poſsint ianuis Num.1.
clauſis ſuppreſſa voce,&non pul-
ſatis campanis diuina celebrare
offitia,&in cap.fi. de priuilegijs.
lib.6. loquendo de Epiſcopis Bo
nifacius octauus, pręſenti inquit
conſtitutione indulgemus eijſdē,
vt altare poſsint habere viaticum
&in eo celebrare, ac facere cele-
brari vbicumque abſque interdi-
cti tranſgreſsione,illis permitti-
tur celebrare aut audire diuina,
quod priuilegium Epiſcoporum
procedit in caſu, quo loquimur,
ſcilicet cùm commune terræ in-
terdictum fuerit,non verò in Ec-
cleſia ſpeciale ſuppoſita interdi-
cto, vt dicit textus in dicto cap.
quod nonnullis, & reſoluit Co-
uarru.in cap. Almamater. 2. part.
§.2. nume.7.verſiculo poterant,
&ante iſtam conſtitutionem:quo
priuilegio Epiſcopi continentur
tota eius familia, vt dicit text, in
cap.licet de priuilegijs.ibi eius fa-
miliares domeſtici ad audiendum
cum eo,&celebrandum ibi diui-
num offitium licitè admittuntur,
vbi gloſa verbo admittuntur ci-
tat plura iura ad propoſitum, &
intellige hoc caſu familiares, &
domeſticos Epiſcopi; commen-
ſales & aſsiſtentes eidem ad ce-
lebrandum cum illo, aut ad au-
diendum celebrantē coram illo,

& vt breuiùs concludamus, intellige ordinarios familiares, & domeſticos Epiſcopi, non ob hãc cauſam in fraudem ſumptos, glo. celebris in dicto. cap. licet, de priuilegijs, lib. 6. verbo domeſtici, optimus text. in cap. final. de verborum ſignific. lib. 6. ibi recepti ſine fraude, & fictione qualibet verè tui clerici familiares exiſtũt, & in tuis expenſis continuè domeſtici commenſales, reſoluit Nauar. in Manua. c. 27. n. 108. & quò ad familiares, & domeſticos priuilegio Domini gaudẽtes, intellige omnes illos, qui ſunt in domo illi⁹ ſub poteſtate paterna, ſeu dominatiua, vt ſerui, & famuli in eadẽ domo viuentes, vel qui expenſis domini aluntur, vt œconomus, & alij offitiales, ſummiſtæ verbo familiares. Couarr. lib. 3. variarũ, cap. 5. nu. 4. Doctor Perez, in. l. 1. titu. 15. lib. 3. ordinamenti. Frater Henriquez de indulgen. cap. 48. pag. 1228. §. 5. c. 13. pag. 514. modò tales domeſtici Epiſcopi non dederint cauſam interdicto, nõ extiterint culpabiles in illo, quia tales culpabiles excluduntur ab hoc priuilegio, ita doctores ſuprà.

Priuilegiati ſunt præterea de iure antiquo pro tempore interdicti templarij, qui per villas, & vrbes diſcurrebant, vt colligerent eleemoſynas, & admitterent alios ad ſuam confraternitatem, vt probat text. in cap. cùm & plãtare. §. quod ſi templarij vel hoſpitalarij, & in cap. vt priuilegia, in. §. illud de priuilegis. Couarru. in cap. almamater. 2. part. §. 2. nu. 7. verſic. eſt & templarijs.

De eodem iure antiquo priuilegiantur cruce ſignati, qui procedunt ab illa Synodo Claramontana ſub Vrbano, & de hoc ſpeciale priuilegio agunt Doctores, in cap. quod in te de pœnitẽtijs, & remiſsionibus, optima gloſa, verbo priuilegiati, in cap. licet de priuilegijs, lib. 6. ibi, vt ſi accipientes ſignum Crucis pro ſubſidio terræ ſanctæ in hoc eſſent priuilegiati.

Quartò loco ſunt priuilegiati de iure communi religioſi fratres Prædicatorũ, & Minorũ, vt patet in c. quod nõnullis de priuilegijs, in c. in ijs, eod. tit. quo priuilegio fruũtur alij fratres & religioſi per cõmunicationem priuilegiorũ, & gratiarum, quam inter ſe habent omnes religioſi ab antiquo, maximè ab Innocẽtio III. qui in cap. quod in te, de pœnitentijs, & remiſsionibus, hoc priuilegium cõcedit indifinitè regularibus, à Iulio Papa II. & ſucceſsiuè vſque adhuc per omnes Papas, vt reſoluit Henriquez de interdicto, cap. 48. pag. 1226. bonus text. in Clement. 1. de ſententia excõmunicationis, vbi indefinitè determinat quòd religioſi quicumq; cũ moderatione Decretalis, c. almamater, interdicta generalia inuiolabiliter cõſeruent: ecce indultũ cõceſſum omnibus religioſis cũ moderatione cap. almamater, vt notat gloſ.



glo. verbo religioſi. in dicta Clemẽtina. 1. de ſententia excõmunic. & quod dictũ eſt de Epiſcopi familia intelligendũ eſt, de familiaribus præfatorum religioſorum, & nõ ſolùm de familiaribus, ſed etiam de alijs offitialibus, operarijs, qui intra monaſteria ſeruiunt, nam tales poſſunt ad diuina offitia admitti, ad ſacramenta, & Eccleſiaſticam ſepulturam ex peculiari cõceſſione Leonis decimi, Eugenij, & aliorum Pontificum, ſub qua conceſſione & gratia comprehẽduntur etiam procurator monaſterij, œconomus, cõfratres, oblati, conuerſi, qui ſunt laici religioſi, ſeù coadiutores, vt tradit Nauar. in Manu. cap. 27. nu. 180. Couarru. in cap. alma mater. 2. parte. §. 2. nu. 8. glo. 2. in l. 9. tit. 7. partita. 1. latè Henriquez, cap. 48. de interdicto. pag. 1226.

Quintò priuilegiantur pro tẽpore interdicti clerici à tẽpore antiquo in c. quod in te de pœnitentijs, & remiſſionibus, quò ad priuilegium extenditur ad omnes clericos maiorum, & minorum ordinum, etiam primæ tonſuræ, niſi fuerint cauſa interdicti, ita habet communis ſententia cum Ioãne Andræa, Dominico, & Franco, in dicto cap. almamater, Calderinus de interdicto. 6. membro, verſiculo ſed in dubium reuocatur num. 65. tomo. 14. fol. 329. Nicolaus Plouius de interdicto regula decima. nu. 9. tom. 14. fol. 333. Nauarrus in Manuali, cap. 27. num. 172. Couarru. in cap. almamater. 2. parte. §. 4. nu. 4. verſiculo. 9. Florentinus, 3. parte, titu. 26. capit. 4. Syluester verbo interdictũ, 5. quæſt. 1. Henriquez de interdicto, cap. 44. §. 6. pag. 1217. qui Doctores intelligũt clericos non ſolùm illius Eccleſiæ, in qua diuina dicuntur, ſed omnes clericos cuiuſcumque Eccleſiæ, & vndecunque veniant, modò non fuerint cauſa interdicti, nec ſint clerici coniugati, qui hoc priuilegio non gaudent, ſed tantùm priuilegio Canonis, & fori, ſi obſeruauerint formam, cap. vnici de clericis coniugatis, lib. 6. Concilij Tridentini, Seſſione. 23. cap. 6. & aduertimus ad clericos, quòd ſi ſint habentes familiares, & commenſales non culpabiles aliquo modo in interdicto, omnes ſecum poſsint habere, dùm celebrant, ita Nauarrus, in Manua. cap. 27. num. 181. Couarru. in dicto cap. almamater. 2. parte. §. 4. num. 5. verſiculo. 11. Dueñas, regula, 305. Summa confeſſorum, fol. 267. Armilla verbo interdictum, §. 55. Henriquez, de interdicto. cap. 48. §. 5. pag. 1228. & ſi non habent familiã, poterũt ſecum inducere vnum laicum pro adiutore in celebrãdo, ita Doctores ſuprà, quæ omnia priuilegia in *Num. 2.*
telliguntur cũ moderatione, cap. almamater, de ſentententia excommunicationis, lib. 6. ex quo ſummitur quadruplex moderatio. 1. vt offitia dicãtur in Eccleſia,

ianuis clauſis: ſecunda, voce ſu-
miſſa, tertia, non pulſatis campa-
nis, quarta, excluſis excommuni-
catis, & interdictis, hanc quadru-
plicem moderationem colligunt,
& declarant Doctores ibi, Ioan-
nes Monachus, Ioãnes Andræas,
Archidiacanus, Ancarranus, Do
minicus, & Francus, in prima cõ-
dictione nomine Eccleſiæ ipſe-
met Bonifacius intelligit mona-
ſteria, & tu adde tàm virorum,
quàm mulierum, vt dicit Sylue-
ſter verbo interdictum. 5. quæſt.
1. Couarru. in dicto cap. almama-
ter. 2. parte. § 4. nu. 2. inſuper ſub
nomine Eccleſię intellige hoſpi-
tale, & priuatum oratorium, ſi
modò ab Epiſcopo ſit approba-
tum, & non intelligas de Eccleſijs
interdictis, ſed de Eccleſijs in lo-
co interdicto ſitis, nam de ijs lo-
quitur text. in dicto cap. almama-
ter, vt patet ex verſiculo ſanè, ibi.
vt in terris, ſeù locis Eccleſiaſti-
Num.3. co ſubpoſitis interdicto, ſic etiã
de Eccleſijs poſitis in loco inter-
dicto loquitur text. in cap. quod
nonnullis de priuilegijs ibi, cùm
commune terrę fuerit interdictũ,
& in cap. quod in te de pœniten-
tijs, & remiſſionibus, in cap. cùm
in partibus, de verborum ſignifi-
catione, in cap. præſenti de ſen-
tentia excommunicationis, lib. 6.
quibus locis gloſæ & Doctores,
Nauarr. in Manua. cap. 27. num.
175. ibi. nam in loco ſpecialiter in
terdicto non eſſet licitum quid-
quam horum facere, nec clauſis
ianuis nec apertis, Couar. in cap.
almamater. 2. part. § . 4. nu. 1. Cal
derinus. 1. part. nu. 62. in Eccleſia
tamen ſpecialiter interdicta po-
teſt in vnaquaque Hebdomada
celebrari, ad renouandum Sacra-
mentum pro infirmis cum mode-
ratione, cap. alma mater, & dici
poteſt pluſquàm vna miſſa, ſi ne-
ceſſitas infirmorum poſtulet ex
vera interpretatione tex. in cap.
permittimus de ſententia excom
municationis, vbi Doctores Na-
uarr. in Manuali, cap. 27. nu. 173.
nu. 178. Sylueſter verbo interdi-
ctum. 5. § . 1. Henriquez de interdi
cto, pag. 1215. 1217. & pro diuino Num.4.
offitio in Eccleſia celebrando,
inteligimus non ſolùm miſſas or-
dinarias de die, & feſto, ſed quaſ-
cunque miſſas votiuas, vt dicit
gloſa in cap. almamater, cùm qua
gloſa, tranſeunt communiter Do
ctores Calderinus de interdicto.
1. parte num. 74. Couarru. in di-
cto cap. almamater. 2. parte. § . 4.
numero. 3. & hoc eſt tenendum
contra Ioannem Monachum, in
dicto cap. almamater: vbi illum
text. ſolùm intelligit in miſſa con
uentuali diei, quia dicit de diſtri-
butionibus quotidianis, vndè
miſſæ, inquit, peculiares celebra-
ri non debent, quaſi permiſſæ nõ
ſint, defecit tamen doctus vir tàm
in ratione, quã in dicto, vt notat
Calderinus & Couarr. ſuprà, quid
tamen ſi in aliqua Eccleſia conuẽ-
tuali deficiũt omnes preter vnũ?
an iſte cum aliquo familiari poſſit
miſſam



miſſam conuentualem celebra-
re? & reſpondetur quod poteſt,
vt tenet Hoſtien. in cap. quòd nõ
nullis de priuilegijs, gloſſa, & Do-
ctores in cap. licet, de ſententia
excommunicationis, lib. 6. quam-
uis Archidiacon⁹, ibi dicat, quòd
non audet hoc dicere, tenent ta-
men plures cum Hoſtienſi ſuprà,
reſoluit Calderinus, dicto num.
74. dicit preterea text, in dicto
cap. almamater, quòd celebrẽtur
diuina ſumiſſa voce tempore in-
terdicti, hoc eſt, vt in tono can-
tẽt, & ſe mutuò benè audiant, nec
peccant, ſi preter intẽtionem au-
diantur foris à non habente priui
legium, ita communiter Docto-
res ſub hac particula. Nauarr. in
Manuali, cap. 27. num. 117. Henri
quez de interdicto, cap. 44. pag.
1214. cap. 46. pag. 1220.

Conditio, clauſis ianuis, de
quo in dicto cap. almamater, ſer-
uanda eſt cum ſumma cautela, ità
quòd nec per ianuas, nec per fene
ſtram, nec per foramen aliquod
interdicti intueri poſsint corpus
Domini, ita text. cum ſuis gloſsis,
in Clementina. 1. de ſententia ex-
communicationis, hęc prohibitio
laicis, vt ſcilicet, quòd per inter
ianuas, per feneſtram, per fora-
men, etiam ad propoſitum efectũ
ſecluſo contemptu cenſuræ, &
ſcandalo, non eſt mortalis, ità Na
uarrus in Manua. cap. 27. nume.
174. num. 187. Caietanus in Sum
ma, verbo excommunicatio, cap.
67. dicit text. quòd celebrentur
diuina tempore interdicti campa
nis non pulſatis, tempore igitur
interdicti campanæ non pulſan-
tur ad horas, aut miſſarum ſolen-
nia, quamuis procul ab Eccleſia
ſonent, nec tempore miſſæ pul-
ſanda eſt campanula parua, nec
Sacriſtæ licet cum ſigno campa-
nulæ conuocare hunc, aut illum
Sacerdotem ad miſſam, ſed ſtre-
pitu lignei inſtrumenti, vel tubæ
euocari ſolent ad offitia, ad alia
verò opera licet pulſare campa-
nas, vt ad ſalutationem Angeli-
cam, veſperè, manè, & meridiè,
ad contionem, ad oſtendendas
reliquias pro aduẽtu magni Prin-
cipis, pro aduentu Epiſcopi, &
pulſari interdùm ſolẽt in aliqui-
bus Cathedralibus ad notifican-
dum, & confirmandum interdi-
ctum, vt reſoluit Calderinus de
interdicto propè finẽ primæ par-
tis, nume. 94. cum ſequentibus:
Florentinus, 3. parte. titu. 26. cap.
4. per totum. Sylueſter verbo in-
terdictum, 5. § . 5. verſiculo. 1. Co-
uarru. in cap. almamater. 2. parte.
§ . 4. num. 5. in fine. Nicolaus Plo-
uius de interdicto, regula. 20. &
intellige, de excommunicatis, &
interdictis denuntiatis nomina-
tim, quia hos tantum tenemur vi-
tare poſt Concilium Conſtan-
cienſe relatum à Florẽtino, 3. par-
te, titu. 26. capit. 2. Caietanus. 2. 2.
quæſtio. 12. articu. final. Felinus, Num.5.
in c. Rodulphus de reſcriptis. nu.
39. Syluest. verbo excommunic. 5.
nu. 7. Rebufus, in Concor. titu.

de excommunicatis nō vitandis, pag.727.Couarr.in cap.alma mater.1.parr.§.2.num.7.Soto.in.4. diſtinct.22.quęſt.1.art.4.diſtinct. 13.quæſt.2.art.9.pag.554.Nauar. in Manua.cap.27.nu.35.in.cap.1. §.laboret.nu.10.de pœnitentia, diſtinct.6.Ioānes Gutierrez,quęſtio.1.Canonica.Henriquez de excommunica.cap.5.pag.1111.cap. 46.de interdicto.pag.1221.Nauarr.in Manuali.cap.27.de interdicto.num.187.Cæterum ex quo illa Decretalis almamater ſolùm excludit excommunicatos, & interdictos,videtur à contrario ſenſu,quòd nō excommunicati, nec interdicti vndecumq; venientes tempore interdicti poſsint admitti ad offitia diuina,quod argumētum à contrario ſenſu fortiſsimū eſt in iure.l.1.ff.de offitio eius,cui mandata eſt iuriſdictio. cap.cùm Apoſtolica de ijs quæ fiunt à prę lato ſine conſenſu capituli, hoc tamen argumentum nō cōcludit, quoties cōtrarium expreſſum eſt in iure,gloſſa,&Doctores,in cap. 1.de foro competenti, in noſtro caſu contrarium exprimitur in iure per text.in cap. licet de priuilegijs,lib.6.ibi. vt interdicti tempore ianuis clauſis, excommunicatis,&interdictis excluſis,voce ſummiſſa diuina celebrare poſsitis, ad ea tamen aliquos etiam ſi aliūdè venerint (niſi ſuper hoc priuilegiati exiſtant) recipere nulla ratione debetis,vbi gloſ. verbo excluſsis formans argumentum,de quo ſuprà concludit,quia ex quo locus interdictus eſt omnibus, interdictum eſt ibi audire diuina, niſi ſuper hoc fuerint priuilegiati:idem concludit gloſa,verbo in terdictis, in dicto c. almamater: cum quibus gloſis concludimus, quòd omnes non priuilegiati excludēdi ſunt ab Eccleſia per clericum,qui habet illius Eccleſię regimen,dùm tempore interdicti fiūt offitia,non quòd ij dicātur interdicti,ſed quia locus interdictus excludit omnes viuos,& corpora defunctorum,ſi careant priuilegio, text.ſingularis,in cap.quòd in te, de pœnitentijs,& remiſsionibus, in dicto. cap. licet de priuilegijs, lib.6.in dicto cap.almamater,quibus locis gloſæ communiter approbatæ,teſte Calderino, de interdicto,1.part.in fine. num.64. Henriquez, c. 46. de interdicto. pag.1221.

## CAPVT XXX.

I*Bi.Preterea ne humanis vexationibus,& calumnijs ad defenſionē Chriſtianorum retrahi valeatis, Apoſtolica authoritate decernimus, ne perſonas veſtras preter legatum Apoſtolicæ Sedis à latere Romani Pontificis deſtinatum interdicere quiſquàm,aut excommunicare præſumat.* Hæc eadem verba referuntur ab Innocentio IIII. in c. 1.de verborū ſignificatione, lib. 6.quam Decretalem ſuprà reſoluimus fuiſſe editam pro iſto ordine, & eius exemptione à quocunque iudice,



iudice,preter quàm à legato Apoſtolicæ Sedis, à latere Romano Pontificis deſtinato.

## EX CAP. SEQVENT.

1 Q*uæ ſunt ordinis Epiſcopalis, vt ordinare miniſtros Eccleſiæ, conſecrare Epiſcopos, conficere Chriſma,& oleum ſanctum, conferre ſacramentum Confirmationis, conſecrare Eccleſias,& altaria,& alia multa, alteri, quàm Epiſcopo, iure ordinario non competunt.*

## SVMMARIVM.

Q*uæ ſunt ordinis Epiſcopalis iure ordinario nō Epiſcopo non cōpetunt.*

## CAPVT XXXI.

I*Bi.Chriſma verò,& oleum ſanctū, conſecrationis altarium,ſeu baſilicarum,ordinationes clericorum veſtrorū, qui ad ſacros ordines fuerint promouendi à diœceſano ſuſcipient Epiſcopo.*

Hæc ſunt ordinis Epiſcopalis,ordinare miniſtros Eccleſiæ, conſecrare Epiſcopos, Chriſma, &
Num.1. Oleum ſanctum conficere, ſacramentum Confirmationis conferre,pœnitentes,qui ſolennem pœnitentiam agūt, reconciliare,cōſecrare virgines, Aras,altaria, & Eccleſias, conſecrare Calices, benedicere ornamenta altaris, Corporalia,&ſex indumenta ſacerdotalia,& nouem Epiſcopalia: benè tamen poteſt Papa committere ſimplici ſacerdoti, vt conferat minores ordines,conſecret Calices, Eccleſias,Aras,& Virgines, benedicat veſtes, ità factum videmus antiquitùs circa corepiſcopos, qui inter plura,quę faciebant, cōferebāt ordines Eccleſiaſticos vſque ad ſubdiaconatum incluſiuè, vt dicunt multa Concilia, Ancyranum, capit. 13. 1. tomo. Conciliorum,pag.450. Concilium Antiochenū,2. cap.10.tom.1.Conciliorū.pag.645.quę Concilia cōcedebant corepiſcopis poteſtatem ordinandi vſque ad ſubdiaconatum incluſiuè,& concedebant tāquàm ex priuilegio iuris per Papam tacitè confirmato:refert Iſidorus lib.2.Ethimologiarū, cap. 6.Ayala de traditionibus Eccleſiaſticis,3.part.tit.de ordinandis,cōſideratione. 4. Antonius de Mocharis,lib.3.de ſacrificio,cap.4.

## EX CAP. SEQVENT.

1 C*irca particularia oratoria,& domeſtica ſeruanda eſt deciſsio Concilij Tridentini,quòd ab ordinarijs deſtinentur, & viſitentur, iuxta quod decretum emēdantur hodie quædam de iure antiquo.*

2 *Ex legitima cauſa poſſunt diuina extra Eccleſiam celebrari, vt ſi Eccleſia fuerit combuſta,aut deperdita,& populus copioſus ad eremitorium fuerit congregatus.*

3 *Multæ ſunt commoditates Eccleſiaſticæ ſepulturæ, conſecratio loci pro fugandis ſpiritibus inmundis, memoria defunctorum,quæ pro roſtris quotidiè oponitur, dùm teruntur à fidelibus ſuis proximis, amicis, familiaribus, & coniunctis, vt pijs ſuffragijs iubeantur,*

4 *Cimiterium pro ſepeliendis fidelibus, Græcè, quaſi cinis therium, vel à cinos, quòd eſt dulce therium, hoc eſt ſtatio dulcis pro mortuis.*

5 *Super ſepulchris mortuorum non eſt licitum erigere altare pro celebrando, niſi fuerint ſepulchra martyrum.*

## SVMMARIVM.

*PRiuata oratoria, & domeſtica ſunt erigenda ab ordinario, & viſitanda per ipſum.*

## CAPVT XXXII.

*IBi. Liceat præterea vobis in locis veſtris, vbi quatuor fratres, vel plures fuerint, oratoria conſtruere, in quibus fratres, & familiæ veſtræ tantùm, & diuinum audire offitium, & Chriſtianam poſſint habere ſepulturam.* Circa particularia oratoria, & domeſtica eſt hodie ſeruanda forma, & diſpoſitio Cōcilij Tridentini, Seſſione, 22. cap. de obſeruandis, & euitandis in celebratione Miſſæ,
Num. 1. ibi, neuè patiantur priuatis in domibus, atque omninò extra Eccleſiam, & ad diuinum tantùm cultum dedicata oratoria, ab eiſdem ordinarijs deſignanda, & viſitanda, ſanctum hoc ſacrificium à ſecularibus, aut regularibus quibuſcunque peregi: ecce quomodo hodie non poſſunt celebrare diuina in domibus priuatis, niſi in oratorijs, ad diuinum cultum deſtinatis, & priùs per Epiſcopum ad hoc deſignādis, & viſitandis, iuxta quod decretum emendantur quædam de iure antiquo, primò quòd Epiſcopi hodie nō poſſint diſpenſare, vt extra Eccleſiam celebretur, niſi adhibita illius decreti ſolennitate, & diſpēſatio aliter conceſſa eſt nulla, ſicut decreuit Cardinalium conuentus in fine ſummæ Conciliorum, quinimò nec ipſe Pontifex iam cōcedit tales licentias Epiſcopis commorātibus in vrbe, ſed tantùm Cardinalibus, vt refert Nauarr. in Manuali, cap. 25. nu. 81. dicendo ex ſingulari gratia ſibi hoc fuiſſe conceſſum à Papa, Motus proprius Pij V. relatus inter ſanctiones Apoſtolicas, fol. 130. etiam ceſſat diſpoſitio portandi altare viaticum, de qua diſpoſitione, in cap. fin. de priuilegijs, lib. 6. in cap. in ijs de priuilegijs, & circa decentiam, & ornatum oratorij eſt mirabile teſtimonium Felicis Papę in. cap. ſicut de conſecratione, diſtinct. 1. ibi. Satiùs eſt Miſſam non cantare, aut non audire, quàm in ijs locis, vbi fieri non oportet, & Concilium Toleta. celebratum anno. 1583. actione. 3. Canone. 41. citando plura concilia in explicatione Tridētini, de quo ſuprà, determinat, ne talia oratoria frequenter fiant, neuè priuatis perſonis niſi rarò id concedatur, refert frater Henriquez de indulgentijs, cap. 13. §. 4. pag. 514. optimus tex. in c. 1. de cōſecratione, diſtinct. 1. vbi gloſa verbo neceſſitate, in c. concedimus, eadem diſtinct. l. 5. titu. 10. Partita. 1. quæ iura dicūt ſugerentes ſumma neceſſitate poſſe diuina Num. 2.





uina extra Eccleſiam celebrari, quæ iura ad propoſitum allegat S. Tho. 3. part. queſt. 83. art. 3. ad 2. pag. 527. Soto. in. 4. diſt. 13. q. 2. art. 3. pag. 572. Nauarr. in Manuali, cap. 25. nu. 81. pag. 296. qui Doctores cum iuribus ſuprà allegatis, conſtituūt varia huius neceſſitatis exēpla, vt ſi Eccleſia fuerit combuſta, aut deperdita, ſi fuerit bellum, quia tūc militibus poſſunt diuina extra Eccleſiam celebrari, quam neceſſitatem Doctores ſuprà allegati pręcipuè foro arbitrantur poſſe extendi ad quācumque aliam neceſſitatem honeſtam, vt ſi populus copioſus ad eremitorium confugerit, tùnc in campo poſſunt celebrari diuina: dicit præterea clauſula bullæ, in quibus fratres, & familiæ veſtræ, tantùm & diuinum audire offitium, & Chriſtianā poſſint habere ſepulturam, multæ ſunt commoditates Chriſtianæ ſepulturæ.
Num. 3. Prima, quia ratione conſecrationis loci, vtilis eſt ſepultura corporibus defunctorum ad profligandos ſpiritus inmundos. Secunda, quia proximi, amici, & familiares defunctorum, quoties ad eadem ſacra loca conueniunt, ſuorumq́; ſepulturam aſpiciunt, recordantur, & pias preces pro eis Domino fundunt. Tertia, quia ſpecialiter iuuantur patrocinijs ſanctorum, illorum, quorum nomini dedicata eſt Eccleſia. Quarta, ne corpora exhumata, vel intra ciuitatē ſepulta fœtorem generent, & totus corrumpatur populus, has rationes collige ex Gregorio in c. cùm grauia, ex Auguſtino, in cap. non ſtimemus, 13. quæſt. 2. quibus locis gloſſæ, & Doctores, & indè locus, vbi ſepeliūtur corpora defunctorum, dicitur cimiterium, Græcè quaſi cinis therium, quia ibi cinis mortuorum teritur, vel dicitur cimiterium à cinos, quod eſt dulce therium, quod eſt ſtatio, Num. 4.
quaſi dulcis pro mortuis ſtatio, vel dicitur à cimonio, quod eſt dormitio, quia mortui ibi dormiūt, ita communiter Doctores per gloſam ibi, in cap. aurum, 12. quæſt. 2. ibi, in ſepulchris Chriſtianorum requies defunctorum eſt gloſa in cap. cùm grauia. 13. queſt. 2. l. 4. tit. 13. Partit. 1. Ouidius ſine titulo ſtulte quid eſt ſomnus, gelidæ niſi mortis imago? longa quieſcendi tempora fata dabunt, gloſa verbo ſomno in cap. dolentes, de celebratione miſſarum, & non incongruè pro tanto myſterio ſepulturæ Chriſtianæ cimiteria benedicuntur ab Epiſcopo, cap. nemo de conſecratione, diſtinct. 1. ibi poſtquàm conſecrata fuerit Eccleſia, antrum eiuſdē Eccleſię ſancta aqua conſpergat Epiſcopus, gloſa verbo cimiterijs in Clementina, 1. de ſepulturis, vbi Imola, & cęteri Doctores, Remigius de Goñi de immunitate Eccleſiarū, §. cimiterium, ampliātione. 4. tom. 13. fol. 90. 1. part. nu. 4. & 8. Guillielmus Reduan⁹, de ſimonia Num. 5.
mentali. 3. part. c. 14. nu. 20. tom.

15.2.part.fol.94.& aduertimus, quòd ſub altari, in quo celebratur, non eſt decens aliquem ſepeliri, nam ſuper ſepulchris mortuorum non eſt licitũ celebrare, modò non ſint ſancti canonicati, nã ſuper huiuſmodi ſepulchris ſanctorum optimè celebratur, vtrũque probatur in Concilio Varenſi.tomo.2.Conciliorum. cap.finali.pag.21. refertur in cap. præcipiendum.13.q.2.vbi expreſsè prohibetur, ne prope altare, vbi corpus & ſanguis Domini cõficitur, aliquatenùs martyri ſepeliantur, egregiè Martinus Papa, in cap. non oportet de conſecratione diſtinct.1.ibi, non oportet clericos ignaros, & pręſumptuoſos ſuper monumenta miniſteria, vel altaria portare, vbi gloſa verbo miniſteria, ideſt miſſam celebrare ſuper ſepulchrum, concordat text. in.l.5.tit.10. part.1. ibi. Ni ſobre las ſepulturas de los muertos, que no fueſſen otorgados de Roma por ſantos.

EX CAP. SEQVENT.

1 *ORatoria ſemper ſunt intelligenda ſine præiudicio adiacẽtis Eccleſiæ, in qua parochiani debent cõuenire pro audiendis diuinis certis diebus.*

SVMMARIVM.

*PRiuata oratoria nunquàm debent Eccleſiæ parochiali præiudicare.*

CAPVT XXXIII.

*IBi. Ità enim volumus neceſsitati veſtræ conſulere, vt non debeant ex hoc adiacentes Eccleſiæ iniuriam ſuſtinere.*

Egregia declaratio Papæ ad conceſsionẽ oratorij, quam ſuprà fecerat, vt intelligatur ſine pręiuditio adiacentis Eccleſiæ, Eccleſiæ inquàm parochialis, in qua ſunt audienda ſacra in die Natalis Domini, Epiphaniæ, Aſcenſionis, Pẽthecoſtes, natalis ſancti Ioannis Baptiſtę, diebus Dominicis, diebus ſolennibus B. Virginis, Apoſtolorum, & in alijs ſolẽnitatibus ſanctorum, reſoluunt Doctores in rubrica de conſecratione Eccleſiæ. Florentinus.3.part.tit.13.c.6.§.4.Selua de beneficio, 1. parte.q.5.Palud.in.4.diſtin.13.q.2. Soto.diſt.13.q.2.art.3.pag.572. qui Doctores dicunt, quòd quando Papa concedit licentiam, & facultatem celebrandi rem ſacram in aliquo oratorio, ſeu Eccleſia de nouo ędificata ſemper concedit cũ clauſula, ſaluo iure, & ſine pręiuditio parochialis Eccleſię, vt dicit Alexander III.in hac Bulla, & nouiſsimè declaratum eſt à ſacra Cardinalium congregatione, vt refert aditionator Bernardi Diaz in Pratica, cap.39.pag.121. Num. 1.

EX CAP. SEQVENTI.

1 *PRiuilegium Canonis tribuitur Innocentio II. qui fuit Pontifex cẽteſsimus ſeptuageſimus à diuo Petro, creatus anno Domini melleſimo centeſimo trigeſimo.*

2 *Cenſuram canonis, ſi quis ſuadente, incurrit quicunque vir, fœmina, ſenex, iuuenis, & habens ætatem diſcretionis.*

3 *Iniectio manuum ad incurrendam cenſuram debet eſſe illicita, grauis, & iniurioſa, non leuis, & ioco adhibita.*

4 *Iniectio manuum includit quamcumque iniurioſam percuſionem, ſiuẽ fiat pugno, pede, baculo, enſe, puluere, ſaliua, vel qualibet alia actione iniurioſa clerico.*

5 *Iniectio ad incurrendam cenſuram debet eſſe realis percuſsio, & non ſufficit comminatio, vel conatus opere non ſubſequto.*

6 *Si aliquis percuſſerit laicum errore deceptus, quia intendebat percutere clericum, & hoc animo percuſsit, quamuis grauiter peccet, non manet excommunicatus.*

SVMMARIVM.

*PRiuilegium Canonis, quod habet autorem Innocentium Papam ſecũdum, habet aliquas declarationes.*

CAPVT XXXIIII.

*IBi. Nihilominùs præſenti Decreto ſancimus, vt ſi quis in aliquem veſtrum, fratrum videlicet, vel ſororum violentas manus iniecerit, excommunicationis ſententia ſit adſtrictus, & illud idem pro tutela veſtra tàm in ſentẽtia, quàm in pœna ſeruetur, quod ſub fœlicis memoriæ Papa Innocentio prædeceſſore noſtro, de tuitione clericorum Generali Concilio noſcitur inſtitutum.*

Hoc priuilegium Canonis, vt dicit Alexander in hac Bulla, tribuitur Innocentio II. qui fuit Pontifex centeſimus ſeptuageſimus à diuo Petro, creatus anno Domini, 1130. & refertur inter annalia huius Pontificis, de quibus annalibus Pineda in ſua Monarchia, lib.20.cap.16.§.2.fol.246. qui Innocentius celebrauit duo Concilia, & ſic ille Canon ſiquis ſuadente Conciliaris fuit, vt ſentit Alexãder III.in hac bulla, idem Alexander III.in cap.nullus de foro competenti, & in cap.non dubium de ſententia excommunicationis, & variæ declarationes huius Priuilegij referuntur in illo titulo, de ſententia excommunicationis, latiſsimè Caietanus in Summa verbo excommunicatio, cap. 10. Florentinus. 3. parte. titu. 24.cap.11. Syluester verbo excommunicatio.6.Nauarr.in Manu. c. 27. nu. 76.Couarru.in Practicis. cap.31. num.3. &4. Romanus ſingulari 310.Doctor Perez, lib.1. Ordinamenti, tit.3.fol.61. Ioann. à Capiſtrano, de excommunicat. tomo. 14.fol.394. Ioannes Gutierrez in quæſtionibus Canonicis, quæſt. 1.num.11.cum ſequentibus. Et prima declaratio eſſe poteſt ad illam particulam. ſiquis, vt intelligatur ſi quis vir, fœmina, ſenex, iuuenis, & quicumque habens ætatem diſcretionis, ſicut in terminis docet Cõſultus, in.l.ſiquis.7.ff. de iuriſdictione omnium iudicum, vbi ſub dictione, ſiquis, intelligit vtrũque ſexum, & loquẽdo de hoc priuilegio Canonis, declarat text. in cap.1.in cap.mulieres, in cap. pueris, in cap.de monialibus, in cap. cùm illorum, de ſententia excommunicationis, gloſ.1.in dicto cap. ſi quis ſuadente. Num. 2.

Secunda declaratio eſt circa illud verbũ ſuadẽte diabolo, quòd iniectio

Num.3. iniectio manuum debet eſſe illicita,grauis,& iniurioſa , non leuis, & ioco,vt dicit text.in cap.peruenit,de ſentētia excommunicationis,gloſa. 2.in dicto. cap. ſiquis ſuadente:& percuſsio cauſa ſubiectionis,& diſciplinę,modò ſit moderata, non includitur ſub hoc Canone,vt dicit gloſa ſuprà allegata,reſoluit Ioannes Gutierrez dicta quęſt.1.nu.15.optimus text. in.l.ſed & ſi.5.ff. ad l. aquiliam, ibi,quia leuis dumtaxat caſtigatio conceſſa eſt docenti, & de poteſtatē conceſſa patri in filium, & de conceſſa marito in vxorem, de cōceſſa domino in familiam, ſunt videndi Doctores, in cap. cùm contingat de foro competēti, in cap. placuit.33.quęſt.2.in.l. ſi conſtante. §. ſi maritus. ff. ſoluto matrimonio.

Num.4. Tertia declaratio , quòd non ſolùm procedat in iniectione,ſed in quacunque iniurioſa percuſione,ſiuè fiat pugno, pede,baculo, enſe, puluere, ſaliua, vel in qualibet alia actione iniurioſa clerico facta,gloſa,in dicto. c.ſi quis ſuadente.

Quarta declaratio , neceſſariò requiritur quòd ſit iniectio,& realis percuſio, vt inſinuat illud verbum iniiecerit, vndè non ſufficit comminatio,vel conatus , opere non ſubſequto, vt declarat Innocent. in cap. nuper , de ſententia excommunicationis. Felinus , in tractatu de conatu verſic.facit 6. & in c.1.num.10.de præſumptionibus,facit quod notat Bartolus, in.l.item apud labeonem.15.§.ſi quis. ff. de iniurijs , in l. gerit in principio,ff.de acquirenda hæreditate,& eſt ratio, quia iſta cenſura eſt impoſita ipſi actioni,& percuſsioni violentę, vndè debet eſſe opus perfectum,& conſumatū ad iſtam cenſuram,optimus tex. ad propoſitum.in l. 1.§. hæc autē verba.ff.quòd quiſque iuris , ibi cum effectu accipimus non verbo tenus,quid enim obfuit conatus, cùm iniuria nullum habuerit effectum?declarat in noſtris terminis Florentinus,Sylueſter, & Nauar. ſuprà vndè nota ad gloſam ſingularem,in cap.in audientia , verbo iniuriarum de ſentētia excommunicationis , quæ ſingulariter tenet,quòd ſi aliquis percuſſerit lai Num.6. cum errore deceptus, quia intendebat percutere clericum, & hoc animo percuſsit, quamuis grauiter peccet non manet excommunicatus , quia re vera, & cum effectu non fuit percuſsio clerici, ita Doctores ſuprà allegati , Couarru.in cap.alma mater.1.part.§. 10.num.15.de ſentētia excommunicationis , & in Clementina vnica.2.parte,in princip. num. 5. de homicidio, & hoc eſt tenendum contra gloſam, verbo ignorauerit,in cap.ſi verò. 2.de ſententia excommunicationis,quę ſunt bonæ declarationes pro priuilegio Canonis,de quo cum ſuo authore facit inuentionem Alexander III.in præfata clauſula.

EX



EX CAP. SEQVENT.

1 *VIs & violentia circa res aliquas ſolet eſſe expulſiua,ablatiua,compulſiua,turbatiua, & inquietatiua.*

SVMMARIVM.

*VIs & violentia circa aliquas res ſolet fieri quinque modis.*

CAPVT XXXV.

*IBi.Decernimus ergo, vt nulli hominum liceat iura, vel poſſeſsiones veſtras temerè perturbare , aut bona veſtra auferre, vel ablata retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia, & integra conſeruentur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura , ſalua Sedis Apoſtolicæ authoritate.* Pontifex in hac clauſula, ſicut in præcedenti priuilegiauit perſonas huius ordinis, ſic priuilegiat & res , vt nulla vi auferantur, nec retineantur ab aliquo, quibus verbis comprehēdit Num.1. Papa vim expulſiuam , ablatiuam , compulſiuam , turbatiuam, & inquietatiuam, quibus quinq; modis ſolet committi vis , vt docet gloſa, in.l.extat, in gloſa vltima.ff. quod metus cauſa , & ibi, Bartolus, gloſa. 2. in c.ad audientiam, quod metus cauſa. Aretinus in.§. quadrupli, nu. 24. inſtituta de actionibus. Alciatus, lib.1. Parergon. cap.34. Et vis expulſiua dicitur, ob quam interdictum vnde vi conceditur deiecto & expulſo à poſſeſsione , & propriè iſta vis infertur circa poſſeſsionem rerum immobilium. l.1.§.illud.ff.de vi & vi, armata: vis ablatiua infertur poſſeſsioni rei mobilis, & cùm res ipſa per vim auferatur, & aſportatur, daturque tunc actio vi bonorum raptorum , dicta.l.1.§.illud.ff.de vi, & vi armata, gloſa.in.l.rem quę nobis.ff.de acquirenda poſſeſsio: vis compulſiua dicitur, qua quis compellitur facere, quòd ſponte aliàs minimè eſſet facturus, agiturq; actione, quod metus cauſa.l.1.& per totū. ff.quod metus cauſa: vis turbatiua dicitur , qua quis perturbatur in ſua poſſeſsione , & conceditur interdictum retinendę. §. retinendę Inſtituta de interdictis, l.1.§.1. ff.ne vis fiat ei: vis inquietatiua dicitur , pro qua datur quandoque interdictū quod vi, aut clam, quandoq; interdictū retinendæ, cū nō multum à turbatiua differat , Alciatus, lib.1.Parergō.cap.34.Menochius, de recuperanda in præludijs, num.38.pag.269.

EX CAP. SEQVENT.

1 *ANnua ſolutio & penſio, eſt ſubiectionis inditium.*

SVMMARIVM.

*ANnua ſolutio eſt ſubiectionis inditium.*

CAPVT XXXVI.

*IBi. Ad inditium autem huius à Sede Apoſtolica perceptæ libertatis, decem Malachinos nobis, noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſoluetis.* Iſta annua ſolutio, & pēſio Romanę Num.1. Eccleſię quot annis per ſoluenda, in ſignū ſubiectionis eſt, vt dicit

cit

cit Alexander III. in præſenti, tex. ſingularis, in c. finali de cauſa poſſeſsionis, & proprietatis. ibi, ad ſubiectionis inditiũ quinquaginta ſolidos petijt, text. ſingularis, in cap. 2. de cenſibus, ibi, ideò tributa prȩſtamus, quia hæc eſt probatio ſubiectionis, in cap. venerabilis, eod. tit. in cap. illud. 10. quęſtione. 3. optimus text. in cap. magnum. 11. quæſt. 1. ibi, ſi enim cenſum filius Dei ſoluit, quis tu tantus eſt, qui putas eſſe non ſoluendum? refertur Mathæi. 17. & de hoc cenſu ſubiectionis, de quo loquitur iſta bulla, ſunt videndi Doctores in dicto cap. finali, de cauſa poſſeſsionis & proprietatis, Frãciſcus Balbus, de præſcriptionibus. 3. parte principali, quæſt. 10. Ioannes Garſia de expenſis, cap. 9. Quintilianus Mandoſius de annalibus caſibus, num. 178.

SVMMARIVM.

*Verba futuri temporis non ſunt latæ ſententiæ, ſed ferendæ.*

CAPVT XXXVII.

*Ibi. Si qua igitur Eccleſiaſtica, ſecularisuè perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contrauenire tentauerit, ſecundò, tertiouè, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione reuocauerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat.* Quamuis verbum careat videatur inducere Canonem latæ ſententię, per. l. prouidendũ. 7. C. de poſtulando, ibi careat foro, vbi gloſa verbo foro, interpretatur ipſo iure, gloſ. verbo poteſtate, in capit. nihil. 44. de electione. capit. ſedes. 15. capit. ſuper literis. 20. de reſcriptis. Fortunius Garſia, de vltimo fine. nu. 396. tomo. 1. fol. 327. Sebaſtianus Bancius, de nullitatibus ex defectu inhabilitatis, nu. 58. tomo. 4. fol. 401. in hoc tamen caſu cùm verbum, careat, ſit futuri temporis, non videtur eſſe latæ ſententiæ, ſed ferendæ, ſicut ſunt verba futuri temporis glo. verbo priuẽtur in cap. quia propter de electione. gloſ. verbo abſcindatis, in cap. grauem de reſcriptis. gloſ. verbo abſcindatis, in cap. grauẽ de exceſsibus prælatorum, gloſ. verbo innodetur, in cap. 2. §. inhibemus, de hæreticis, in ſexto. glo. verbo aneatur, in. l. criminali. 5. C. de iuriſdictione omnium iudic. gloſ. finalis, in authentica habita. C. ne filius pro patre. gloſ. verbo priuetur in. l. inhibemus. §. ſanè, el 1. C. de ſacroſan. Eccleſijs gloſ. verbo cauſam perdant, in cap. ſi diligenti de foro cõpeten. Caſtro de poteſtate legis pœna. lib. 1. cap. 1. Felinus, in cap. Rodulphus, nu. 24. de reſcriptis Gigans de penſionibus, quæſt. 78. Tiraquelus, in. l. ſi vnquàm, verbo reuertatur, nu. 20. C. de reuo. donatio. Doctor Perez. lib. 5. Ordinamenti, pag. 32.

SVMMARIVM.

*Ex grauitate pœnæ arguitur grauitas delicti.*

CAP.



CAPVT XXXVIII.

*Ibi. Et à ſacratiſsimo corpore, ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena ſit.* Hęc alienatio à ſacratiſsimo corpore, ac ſanguine Domini grauiſsima pœna eſt, & pro grauiſsimis peccatis infligitur, vt probat text. in cap. admonere. 33. quæſt. 2. ibi, & communione corporis, & ſanguinis Domini cunctis diebus vitæ tuæ indignum te exiſtimes, vbi gloſ. verbo exiſtimes, ex hac pœna arguit pro grauitate vxoricidij, quòd ſit grauius, quàm matricidium, pro quo Nicolaus Papa, in cap. latorem. 33. quęſt. 2. latorem, inquit, præſentium matricidam eſſe cognouimus, cui præcipimus, vt ſub pœnitentiæ iugo permaneat, ità vt per annum integrũ Eccleſiam non ingrediatur, ſed ante fores Baſilicæ ſtans, orans, & deprecans Deum perſeueret, completo verò anni circulo, initio eundi in Eccleſiam licentiam habeat, tantùm inter audientes ſtet, ſed nondùm communicet, cõpletis autem trium annorum curriculis, ſacræ communionis ei gratia concedatur. Ex quo cunctis diebus vitæ ſuæ iſta matricida ſacra communione non priuatur, concludit gloſa in cap. admonere. 33. quęſt. 2. verbo exiſtimes, vxoricidium eſſe grauius matricidio, quia grauius punitur, & eſt regula aperta, quòd ſceleratius cõmiſſum grauius vindicatur, cap. non afferamus, 24. quæſt. 1. & ità Alexander III. in præfatis verbis ex grauitate pœnę, arguit grauitatem delicti contrauenientium huius conſtitutionis paginæ, & procedit ad aggrauationem pœnæ in cap. ſequenti.

EX CAP. SEQVENT.

*Graue eſt incidere in manus Domini, & cauſam ei reſeruare vſque ad vltimum ventilabrum.*

CAPVT XXXIX.

*Ibi. Reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, atq; in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat.* Graue, & formidandum eſt incidere in manus Domini, & cauſam ſibi reſeruari vſq; ad vltimum ventilabrum, vt formidarunt omnes ſancti, clamantes, & dicentes: Ne intres in iuditium cum ſeruo tuo: & ſancta Suſanna inter anguſtias decrepitantium lapidum adulterij notæ & ignominiæ ex vna parte, ex altera tremendum Dei iuditium ingemiſcens ait, anguſtiæ ſunt mihi vndiq; ſi enim hoc egero, mors mihi eſt (mortem appellans peccatum) ſi autem non egero, non effugiam manus veſtras, in quo cõflictu meliùs mihi eſt (inquit ſancta) abſque opere incidere in manus hominum, quàm peccare in conſpectu Domini, cui omnia nuda, & aperta ſunt. Idem iuditium timuit Patriarcha Ioſeph, dũ Geneſ. 39. ſolicitatas à Ægyptia ſub nomine adulterij, prorupit in meliùs,

liùs,

lius,ſubeundo infamiæ notã,quæ apud Egyptios erat magna, ne peccaret coram Domino,& incideret in tremendum eius iuditiũ: de præcedentibus eſt vidẽdus ſanctus Clemens inter Apoſtolicas conſtitutiones,cap. 37. 1. tomo. Concil. pag. 81. ſic dominus Alexander,comminatur in hac bulla diſtrictam Dei vltionem in extremo eius examine contra inobediẽtes,& frangentes huius Bullæ paginam,& tenorem, & hoc maximè eſt formidandum,ſicut formidarunt ſancti.

SVMMARIVM.

*Verbum, Amen, neque eſt Græcum, nec Latinum, ſed Hebræum, & interpretatur verum.*

CAPVT XL.

*Ibi. Cunctis autem vobis veſtra iura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & ij fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen.* Hoc verbũ, Amen, cum quo finit Papa, nec eſt Græcum, nec Latinum, ſed Hebręum, & interpretatur verum: authore Diuo Auguſtino, in Euangelio Ioannis, cap. 6. tractatu. 41. poſt principium, tomo. 9. In hoc breui tractatu verum intendo dicere, Eccleſiæ Catholicæ Romanæ in omnibus conformis eſſe eidem, quæ eſt firmamentum, & columna veritatis, ego ſicut idiota ſimplex, & non intelligens, in omnibus intendo reſpondere Amen, de quo verbo agitur latè in Cathechiſmo Romano, cap. 17. de extrema orationis Dominicæ clauſula.

FINIS.

# INDEX COPIOSVS AD TRACTATVM DE CONFIRmatione ordinis diui Iacobi.

A.

ALEXANDER tertius, numero Pontificum centeſſimus ſeptuageſimus ſextus, electus ſub anno Domini, milleſsimo centeſsimo quinquageſimo nono, confirmauit ordinem diui Iacobi anno milleſſimo centeſimo ſeptuageſimo quinto, decimoſexto anno ſui Põtificatus, in quo fuit viginti & vno annis, vndecim mẽſibus & tribus diebus. capite. 1. num. 1. pag. 1.

Alexander tertius cõfirmauit ordinem diui Iacobi ſub communi vita clericorum, & laicorũ, ſub figura & nomine corporis myſtici ad ſimilitudinem corporis naturalis, cap. 5. num. 3. pag. 9

Aliquid in iure noſtro verificatur, etiam in parua quantitate, & idem ſonat, quod nichil, cap. 11. num. 17. pag. 42

Annua ſolutio ſolet importare ſignũ ſubiectionis, c. 36. pa. 134

Apoſtoli occupati prædicatione Euãgelica, multa faciebãt pro vitando otio, c. 24. n. 2. p. 103

Authoritates ſacræ Scripturæ, quę probant requiri conſenſum parẽtum in matrimonio filiarum, non importãt neceſſitatem, ſed honeſtatem, cap. 13. nu. 15. cum ſequentibus, pagi. 63

Authores pro religione perſonali militum ordinis diui Iacobi, cap. 5. nu. 20. pag. 18

Authentica ſed ſi poſt. C. de inofficioſo teſtamẽto declaratur, cap. 2. nu. 7. pag. 60.

Authenticum, vt cùm de appellatione cognoſcitur, §. cauſas. collatione 8. à cõtrario ſenſu, quo ſumitur, probat quòd ſi elegerit filia luxurioſam vitã, poteſt exhæredari, non verò probat, quòd ſi cõtraxerit ſine licentia patris, poſsit exhęredari, cap. 13. nu. 15. pag. 66. cap. 23. nu. 19. pag. 68

Arguendum non eſt ab exemplis veteris teſtamẽti, quę ſunt potiùs admiranda, quàm in exẽplum noſtræ actionis trahenda, cap. 23. nu. 33. pag. 77

Archiepiſcopi à tẽpore Apoſtolorum ſunt poſiti in ciuitate maiori multarum ciuitatum, cap. 27. nu. 1. pag. 117

Argumentum à contrario ſenſu eſt forte, & non habet locum quoties contrarium diſpoſitũ eſt in iure, cap. 29. pag. 126

B.

Bellum ex hoc ſolũ reputatur iuſtum, quòd inducitur authoritate principis, vel propter neceſſariam defenſionẽ, cap.23.nu.27.pag.74
Bona ab infidelibus per noſtros erepta, ſi apud nos habent certum dominum, eidẽ ſunt reddenda, cap.7.nu.1.pag.26
Bona, quæ dato redẽptionis pretio redimũtur ab infidelibus, apud nos prior dominus poterit repetere, ſoluto redẽptionis pretio, cap.7.nu.2.pa.26.
Bulla cruciata ſpeciali ratione oſtẽdit milites ſeculares ordinũ militarium eſſe perſonas regulares, cap.5.nu.20.pag.18

C.

Caput.1. de verborum ſignificatione, lib.6. habuit occaſionem ab ordine diui Iacobi, cap.5.nu.17.pag.15
Caput cùm ad monaſteriũ de ſtatu monachorum, in illis verbis abdicatio, &c. nõ infert impotentiam indulgendi, ſed difficultatẽ, qua ſolet Papa indulgere, cap.5.nu.22.pag.20
Caput fin. de religio domibus, & caput, 1. eod. titu. lib.6. interpretatur, c.5.n.7. in fin. pa.12
Caput, non poteſt, cum ſua regula de prebendis, lib.6. declaratur, cap.11.nu.28.pag.50
Canones, qui vidẽtur imponere neceſsitatẽ exigendi parentũ conſenſum in matrimonio filiorum, procedunt de honeſtate, non de neceſsitate, cap.13. nu.2.pag.62.
Capitula generalia ſunt multum neceſſaria pro reformatione religionum, cap.16.nu.1.p.89
Capellania fundata de prędijs decimalibus alicui parochiæ, remanet decimalis eidem parochię, vel Eccleſiæ, quia prędia tranſierunt cũ onere, cap.22. nu.7.pag.101
Campanis non pulſatis tempore interdicti, quomodò intelligatur, cap.29.pag.125.
Celebrare extra Eccleſiam nõ eſt licitum, niſi ex grauiſsima cauſa, cap.32.pag.128
Celebrare ſuper ſepulchris mortuorum non eſt licitũ, niſi ſint ſanctorũ corpora, c.32.p.130.
Cæleſtinus Papa in approbando regulam fratricęlorũ ſyncerè proceſsit, abſque multa inquiſitione, cap.5.nu.9.pag.12
Chriſtus Dominus cũ eſſet filius Dei didicit ex ijs, quæ paſſus eſt, obedientiam, cap. 10. nu. 2.pag.30
Cimiterium, Gręcè quaſi ciniſterium, eſt valde vtile pro ſepeliendis corporibus defunctorum, cap.32.pag.129
Clauſula ſeruus ſeruorũ Dei, tribuitur tanquàm authori Gregorio Magno, ſexageſimo ſexto Pontifici à beato Petro, & habet fundamentum in Euangelio, cap.3.num.1.pag.2
Clauſula in ſpeciales & proprios ſacroſanctę Romanę Eccleſię filios vos recipimus, explicatur, in cap. 1. de verborum ſignificatione, lib.6. cap. 5. nu. 17.pag.15
Concilium Latera. prohibens ordinem fundari abſque ſpeciali approbatione Papę, non cõpræhendit ordines anteà fundatos, cap.4.nu.3.pag.5
Concilium generale Latera. prohibens ordinem fundari abſq; approbatione Papę, legem poſuit in futurum, per approbationem petendam à Papa, nõ tamen ipſum poſſe in approbando errare, cap. 5. num. 8. pag.12.
Concilium Trident. Seſſ.25. c. 2. de regularibus, in illis verbis, nec deinceps liceat, &c. videtur aliquid ſupra ius cõmune inducere, & hoc ſolùm Papæ reſeruari, cap.11.nu.21.pa. 46
Concilium, Florẽ. demonſtrans in particulari materiam, formam, & miniſtrũ cuiuſcunq; ſacramenti accedendo ad matrimonium, ex ſingulari ipſius ratione ſolũ dixit, quòd cauſa efficiens matrimonij eſt ipſorũ contrahentium mutuus cõſenſus, cap.13.num.10.pag.61
Cõcilium Trident. hodie anathematicat falſò affirmantes matrimonium à filijsfamilias contractum, ſine conſenſu parentum eſſe nullum, & irritum, capit.13.num.10.pag.62.
Concilium Trident. Seſſ.25. cap. 19. dicit duellorum vſum, fabricante diabolo, introductum, vt cruenta corporum morte animæ etiam perniciem lucretur, cap.13.num.37.pag.78.
Concilium Trident. Seſſ.14. cap. 11. de reformatione, non inducit ius nouum, ſed eſt declaratiuũ iuris antiqui, cap. 14. nu. 7.pag.85
Concilium Trident. Seſſ.25. de regularibus, cap. 4. declaratur. cap.14.nu.10.pag.86
Concilium Trid. Seſſ.25. de regularibus, cap.1. declaratur, cap. 16.nu.1.&2.pag.88.&89.
Concilium Trident. Seſſ. 23. cap. 10. de reformatio. incipit Abbatibus. non includit priores ordinis diui Iacobi, quia & ipſi diœceſani ſunt, cap. 21. num. 3.pag.94
Conceſsio alicuius rei non fit in præiuditium quęſitum alicui tercio, ita predia cõceſſa alicui pio loco remanent decimalia priori Eccleſiæ, capit.22.nu.6. pag.100
Concordia & charitas ſunt pręcipua nexa & vincula, quibus quaſi indiſſolubiliter anectuntur omnia corpora myſtica, cap.25.num.1.pag.104
Concordia in quacũque communitate obſeruatur, ſi à peccato detractionis, & murmurationis ſe abſtineant, qui ſunt de cõmunitate, c.25.n.3.p.106

Conuitium, vel contumelia non infertur ex leui cauſa,& inten tione non iniuriandi,ſed corri piendi,cap.25.nu.5.pag.109
Conuentus ordinis diui Iacobi li beraliter recipiunt pauperes, &pro facultate ſubueniũt pro ximorum neceſsitati, cap. 26. num.1.pag.114
Collegiũ ordinis diui Iacobi Salmanticæ admodùm celebre, cap.26.nu.3.pag.115
Clerici tàm maiorum, quàm minorum ordinum, modò non ſint coniugati, ſunt priuilegiati pro tempore interdicti, cap. 29.pag.123
Clerici celebrãtes tempore inter dicti poſſunt ſecum habere familiam, vnum, vel alterum extraneum ſecũ adiutorem, ſi nõ habuerit familiam,c.29.p.123
Conſenſus, authoritas, decretũ, conſilium, arbitratus differũt in iure,c.13.nu.2.pag.58.
Cõſenſus patris, requiſitus de iure ciuili in matrimonio filiorũ, debet præcedere,& non ſufficit ſubſequi,c.23.nu.5.p.59
Correctio per verba iniurioſa, vel contumelioſa rarò, vel nunquàm eſt facienda,cap.25.nu. 6.& 7.pa.109.110
Corpus myſticum ad ſimilitudinem corporis naturalis requi rit concordiam pro ſui conſer uatione,cap.25.nu.1.pa.104.
Crimina ſunt in volũtate ſicut in ſubiecto,cap.25.nu.5.pa.109.
Cura animarum, ars artium meritò vocatur & onus Angelicis humeris formidandum, cap. 21.nu.4.pa.95.
Curati rationem reddent Deo de vita ſua, & de vita aliena, cap.21.nu.5.pag.95
Clerici,& nobiles dicentes verba iniurioſa non tenentur deſdezirſe,cap.25.nu.11.pag.112
Cruce ſignati, qui procedunt à Synodo Claramontana, ſunt priuilegiati pro tempore interdicti,cap.29.pag.122.

D.

DAuid, Sanſon, & alij, qui in veteri teſtamento referũtur inijſſe ſingulare certamen, non ſunt trahẽdi in conſequẽtiam,cap.13.nu.33.pag.76
Decimæ perſonales, quæ ex artificio & negotiatione debẽtur, referuntur,cap.22.nu. 3. & 4. pag.98.
Defectus noſtrę ætatis diſtrictionis antiqui temporis non patitur manere cenſuram, cap. 5. nu.29.pag.24
Detractio graue peccatum eſt, & communiter ſolent eſſe quatuor modi detrahendi,cap.25. nu.10.pag.112.
Detractor grauiſsimè peccat, & ſuo modo dicitur homicida, cap.25.nu.3.pag.106
Diſpoſitio priuilegij facta in fraudem, eſt nulla,cap.11.num.31. pag.51.
Diſpoſitio, quæ impedit libertatem matrimonij, cenſetur cõtra bonos mores, & eſt nulla, cap.13.nu.1.pag.57
Diſcordia eſt acerrimus hoſtis, ruina cuiuſcunque ciuitatis & loci,cap.25.nu.2.pag.105
Diuus Auguſtinus quantumlibet euigilabat ſuper diſciplina domus ſuæ, ſibi arrogare non audebat, quòd melior eſſet quã archa Noe.c.5.nu.28.p.23
Diuus Paulus, 1. ad Corinthios, 13. vbi ſpiritus Dei, ibi libertas, & quæ Dei ſpiritu agũtur, non ſunt ſub lege, declaratur, cap.14.nu.4.pag.83.
Diuus Paulus, 1. ad Timothęũ. 1. Iuſto non eſt impoſita lex, ſed iniuſtis, & non ſubditis, ad Galathas.5. Si Spiritu Dei ducimini non eſtis ſub lege, quomodò intelligatur, cap.14. nu. 4. pag.84
Diuiſio Epiſcopatuum intelligitur facta ad ſimilitudinem gẽtium, quæ ante aduẽtum Chriſti diuiſerunt monarchiã, cap. 27.nu.1.pag.117
Dominus propriæ famæ quilibet cenſetur,cap.25. num.3. pag. 107
Dominiũ, proprietas, poſſeſsio, vſusfructus, & vſus quomodò accipiantur, cap. 11. nume. 5. pag.36
Dominium eſt ius perfectè diſponendi de re, niſi lege prohibeatur,cap.11.num.6.pag.36
Duellũ prouenit ex intimo odio, ex oſtendẽdæ virtutis gratia, ſiue ex cauſa purgationis, capite.13.num.27.pag.73.
Duellum eſt iure naturali prohibitum,cap.13.nu.27.pag.74.
Duellum Græcè monomachia, dicitur duorum ſpontanea aggreſsio, cap. 13. num. 28. pag. 74
Duellum eſt iure diuino prohibitum, ex illo præcepto Decalogi non occides, per quod ſpecialiter prohibetur totum, per quod peruenitur ad homicidium,cap.13.num.29.p.75
Duellorum genus reducitur ad iudicium ſortium, vt eius euentu conſiderato, aliquid occultum præter rerum ordinem innoteſcat,cap.13.nu.31.pa.76.
Duellum eſt illicitum, tàm ex parte appellantis, quàm recipientis, iudicantis, conſulentium, & fauorem præſtantium, cap. 13.nu.23.pag.76.
Duellum pro ſua intrinſeca malitia nulla conſuetudine, lege, neque ſtatuto poteſt excuſari, cap.13.nu.38.pag.79
Duellum abſque aliqua infamia & vera læſione honoris excuſari poteſt, cap. 13. nume.39. pag.79.

E.

ECcleſia maximè attendit ad reformationem vitæ monaſticæ.cap.16.num.1.pag.88.
Eccleſia ſpecialiter interdicta nõ admittit moderationem. c. alma mater,cap.29.pag.124

Emerita, Auguſta, innumerorū martyrum ſanguine eſt laureata, cap.27.num.5.pag.118
Epiſcopus ab officio dicitur ſuperintendens, & ſpeculator, in quo ſenſu reperitur in veteri teſtamento, & in iure ciuili, cap.2.nu.1.pag.1
Epiſcopus in moderatione ciborum,& reformatione familiæ, debet eſſe circunſpectus,cap.16.nu.1.pag. 88
Epiſcopi à tempore Apoſtolorū ſunt poſiti in ciuitatibus multorum oppidorum, capit.27. num.1.pag.117
Epiſcopi ſunt priuilegiati pro tēpore interdicti, tàm perſe celebrantes,quàm per alium,cap. 29.pag.121
Excommunicatis excluſis celebrantur tempore interdicti diuina,cap.29.pag.125

F.

Facultas teſtandi facta religioſis,vel alijs inhabilibus non finitur primo teſtamēto, cap. 11.nu.25.pag.48
Facultas teſtandi extenditur ad omnes actus vltimæ voluntatis,ad donationem cauſa mortis,& codicillum, cap. 11. nu. 29.pag.50.
Fama bona eſt præcipuum bonum inter bona temporalia, cap.25.num.9.pag.111
Familia Epiſcopi eſt priuilegiata pro tempore interdicti, capit.29.pag.121.
Familiares religioſorum,ſicut familiares Epiſcoporū, ſunt priuilegiati pro tempore interdicti,cap.29.pag.123
Ferdinandus primus anno decimo tertio ſui regni, qui fuit annus milleſſimus trigeſſimus, ſupponit ordinem diui Iacobi fundatum, capit. 4. nume. 2. pag.5
Fideles, qui ad fidem Chriſtianā Apoſtolorum prædicatione ſunt conuerſi, omnia bona habebant communia,ca.6.nu.1. pag.25
Filij conſtituti ſub patris poteſtate de iure ciuili non poterant contrahære matrimonium ſine conſenſu patris,cap.13.nu. 3.pag.58
Filij emancipati de iure ciuili poterant iniuſſu patris contrahære,etiam ſi eſſent minores, 25. annis, in quo differebant filij à filiabus,cap.13.nu.6.p.59
Filia exhæredari nō poteſt ex eo, quòd matrimonium cōtrahit ſine conſenſu patris,capit.13. num.14.pag.64
Filia contrahens matrimonium cum indigno ſine licentia patris non incurrit exhæredationem, ſublata deciſsione text. in. l.3.§.ſi emancipatus. ff. de bonorum poſſeſsionibus contra tabu. capit. 13. nu.18. pag. 67.&68.
Fundatores ordinis diui Iacobi ſub obedientia ſunt commorati



rati vſque ad tempora Alexandri tertij,cap.5.nu.1.pa.7

G.

Gentiles habebant diuerſam monarchiam ante aduentum Domini,cap. 27. num.2. pag.117
Guardiani ordinis diui Franciſci pro neceſsitatibus infirmorū, & fratribus induendis per amicos ſpirituales ſolicitam curā gerant, cap.11. nume. 13. pag. 39.
Graue eſt incidere in manus Domini,& cauſam ei reſeruare vſque ad vltimum ventilabrum, cap.39.pag.135

H.

Habitus ſingulorum ordinū in Eccleſia ad inuicē ſunt diſtincti ex Eccleſiaſtica traditione,& determinatione Conciliorum,cap.23.pag.101
Habitus monachorum ſunt cucullæ, veſtes horridæ, & ſaci pro perpetua pœnitentia,quę agitur in monaſterijs.cap. 23. pag.102.
Hæreſis eſt manifeſta affirmare, habere aliquid in communi, derogare Euangelicæ perfectioni,cap.6.nu.2.pag.25
Homines diuerſę profeſsionis difficulter ſub vna communi vita,& regula commorantur,capit.5.nu.5.pag.10
Hoſpitalia ampliſsima ordinis diui Iacobi pro peregrinis, & pro quacunque infirmitate curanda,cap.26.pag.114

I.

Idoneitas,ideſt plebanorum,& habētium curam animarum, cap.28.nu.1.pag.119.
Inſtitutum ordinis diui Iacobi eſt charitate flagrās,&quaſi opus martyrij habet incluſum,cap. 8.nu.1.pag.27
Inter reliquos modos conueniētes,quibus ſtatus religionis vtiliter promouetur, eſt modus debellandi aduerſarios Eccleſiæ,cap.5.num.15.pag.14
Iuramentum ſequitur naturam actus,cui adhæret, vndè adhibitum actui ſua natura reuocabili,ſi reuocetur, manet reuocatum,cap.11.nu.25.pa.48
Intentum,quod habet aliquis ſumendi habitū regularem, debet exequi abſque multorum conſilio,cap.14.nu.1.pag. 82.
Iudex, ſi exactibus proceſſus viderit aliquem indebitè infamatum,benè faciet, ſi in ſentētia hoc expreſſerit,cap.25.nu.12. pag.113
Ius naturale tendit ad conſeruationem vniuerſi,ius verò duellandi tendit in deſtructionem, cap.13.nu.27.pag.74
Iure diuino cenſetur prohibitus quilibet actus, qui eſt alienus à charitate, & dilectione proximi,

ximi,cap.13.num.29. pag.75
Ius canonicum in pertinentibus ad matrimonium, & alia ſpiritualia præualet iuri ciuili, cap. 13.nu.13.pag.63

L.

Laudare aliquem coram principe, vel coram alio de aliqua virtute egregia, animo, & intẽtione, vt in ea honoretur, & non pro merito laudati, graue peccatum detractionis eſt, cap.25.nu.10.pag. 112
Laudabilius eſt in criminibus obuiare, quàm propter crimina communitatem aliquam funditùs euertere, cap.5.num.27. pag.23
Legatum factũ Epiſcopo pro parte, & quarta ei debita, ſi contineat minus in fraudem quartæ, legatum non valet, cap. 11. nu.32.pag.52
Leges regię, & ciuiles, quæ pœnas imponunt filiabus matrimonium contrahentibus ſine conſenſu parentũ, procedunt ſolùm quò ad honeſtatem, nõ quò ad neceſsitatem, cap. 13. nu.18.pag.67
Lex vſumfructum, 58. ff. de verborum obligatio. l. antiquitas, 14 C. de vſufructu, quæ dicunt, quòd vſusfructus, vel vſus nõ poteſt ſeparari à dominio, quomodò procedant in voto paupertatis, cap. 11. num. 12. pag.39
Lex de moribus, circa quos reformandos Papa errare non poteſt, oſtenditur aliquibus exẽplis, cap.5.num.7.pag. 10.
Lex.14.titu.5.lib.3.nouæ compilat. oſtendit milites ſeculares ordinum militarium eſſe perſonas regulares, cap.5.nu. 19. pag.17
Lex bobes, §. hoc ſermone, 89. ff. de verborum ſignific. declaratur, cap.11. num.25. cum ſequentibus, pag.48 cum ſequẽtibus.
Lex, dotis promiſsio, 69. ff. de iure dotium declaratur, cap. 11. num.25.pag.48.cum ſequentibus.
Lex fina. C. de non nume. pecu. declaratur, cap.11.num.25. cũ ſequent.pag.48.
Lex in ſingulos annos, 8. ff. de annuis leg. declaratur, cap. 11. nume.7.pag.37
Lex vſusfructus, 13. ff. quibus modis vſusfructus amitt. declaratur, cap.11.nu.7.pag.37
Lex.3.§. ſi emancipatus. ff. de bonorum poſſ. contra tab. declaratur, cap.13.nu. 7. pag.59. & num.19.pag.69
Lex qua actione, §. ſiquis in colu ctatione, ff. ad. l. aqui. declaratur, capit.13.nume.34. pagin. 77.
Lex vnica, C. de gladiatoribus declaratur, cap.13.nu.34.pa. 77.
Lex vnica, C. de equeſtri dignitate, lib.12. l. vnica, C. de perfectiſsimatus dignitate, lib. 12. declarantur, cap.13. nume.39. pag.79.
Lex prima, C. de dignitatibus, lib.12. declaratur, cap. 13. nu. 39.pag.79.
Lex publica, & lex priuata in corde ſcripta quomodo ſe habeant, cap.14.num.4.pag. 84
Ludi Troiani ad exercitium, & oblectationem introducti, nõ ſunt prohibiti, ſed permiſsi, cap.13.num.34.pag.77

M.

Martinus Papa, qui Regi Petro de Aragon, & Carolo indixit, vt pugnarent cũ certo numero militũ pro quęſtione de regno Sicilię, cap.13. num.37.pag.77
Martyrium inter omnes actus virtuoſos maximè demõſtrat perfectionem charitatis, cap. 8. num.2.pag.28
Matrimonium filiorumfamilias contrahunt ſine conſenſu parentum, etiam de iure ciuili nõ eſt nullum, ſed dicuntur iniuſtæ nuptiæ. capit. 13. nume. 4. pag.58
Matrimonium ex peculiari ſui ratione ſolo conſenſu contrahẽtium perficitur, cap. 13. nu. 9. pag.61
Matrimonium vſqueadeò debet eſſe liberũ, quòd quicquid impediat ipſius libertatẽ ſit nullum, cap.13.nu.22.pag.71
Matrimonium contrahi in publico, in conſpectu Dei, & Eccleſiæ laudabile eſt, & clandeſtinum eſt prohibitum, cap. 13. nu.20.pag.70
Matrimonij cauſa eſt omninò Eccleſiaſtica iure canonico & coram iudice Eccleſiaſtico terminanda, capite.13.nume.21.pagi.71
Milites laici ordinis diui Iacobi, ſunt priuilegiati priuilegio fori, & canonis, cap.5. nume.19. pag.16
Milites ordinis diui Iacobi hodie ſicut & inprimeua inſtitutione obſeruãt clauſuram, & ſub obedientia viuunt, cap. 5. nu. 30.pag.24
Milites primi fundatores ordinis diui Iacobi pro cultura, & cura animarum ſuarum coniunxerunt ſe canonicis regularibus de Lodio, cap.17. num. 1. pag.95
Milites laici ordinis diui Iacobi tenentur ex præcepto decima re conuentibus religioſis eiuſdẽ ordinis, cap.22. nu.2.p.97.
Moderatio cap. almamater de ſententia excommunicationis, lib.6. pro tempore interdicti eſt quadruplex, capit.29.pag. 124.
Monaſteria monialium ordinis diui Iacobi, capit.26.num.2.pagi.114.
Monaſteria ſunt loca pœnitentiũ & quotidiè pœnitentibus deſtinantur pro pœnitentia agẽda, cap.23.pag.102

Monachus Græcè, Latinè vnus & triſtis,cap.5. nu.20. pag.19
Montaluus gloſſator Partitarum oſtendit milites ſeculares ordinis diui Iacobi eſſe religioſos, cap.5.nu.19.pag.16
Mulieres vt in plurimùm agunt ea,quæ parant eis triſtem euẽtum, cap.13. nume. 20. pagi. 70.
Mutatione perſonę mutatur qualitas rei propter perſonam inhærens,capit.22.num.7. pag. 101.

O.

Obedientia inter vota regularia primum habet locũ, cap. 10. num. 1. cum ſequent. pag.29.
Obedientia eſt præcipua inter virtutes morales, cap. 10. nu. 2.pag.30.
Obedientia,quæ facit vouentem religioſum,eſt præſtãda in manibus ſuperioris regularis, capit.10.nu.5.pag.32
Ordo diui Iacobi inſtitutus eſt in magnam claritatem & purum fidei ſplendorem, in defenſionem Eccleſiæ, cap.5. num. 12. pag.13
Ordinis diui Franciſci ſunt tres, cap.5.num.23.pag.21
Ordo diui Iacobi habet facultatem Pontificum teſtandi religioſos ipſius ordinis, cap. 11. num.22.pag.46
Ordo equeſter ſemper fuit in republica aggregatio clariſsimorum hominum, cap.13. nu. 39. pag. 79. & ſemper habuit peculiaria ſtatuta,pag.80
Ordo Epiſcopalis habet plura, quę ſunt propria,non alterius ordinis,cap.31.pag.127
Oratoria in domibus priuatis difficulter ſunt cõcedenda,& cõceſsio eſt facienda iuxta formam Concilij Tridẽt.Seſſ.22. cap.32.pag.128
Oratorium quando conceditur intelligitur ſine præiuditio Eccleſiæ parochialis,cap.33.pag. 130.
Otium omnium vaſtationum, & tentationum malarum incentiuum eſt,cap.24.pag.103
Otioſi,ad deſides incommunitatibus ſunt ſicut in Alueari apium,vulgò Zanganos, cap. 9.nu.1.pag.28.

P.

PActum retinendi proprium factum tempore profeſsionis non valet,& remanet profeſsio pura,c.11.nu.18.pa.43
Papa in confirmando aliquam religionem non poteſt errare,capit.5.nu.6.pag.10
Papa ad confirmandum ordinem diui Iacobi magnam fecit conquiſitionem,cap.5.num. 11.pagi.13
Papa habet authoritatẽ definiendi,& diſcernendi modos conuenientes pro religione fundãda,cap.5.nu.14.pag.14
Papa modum debellandi aduerſarios Eccleſiæ definiuit conuenientem,& vtilem pro fundatione ordinis diui Iacobi, cap.5.nu.15.pag.14
Papa poteſt concedere facultatẽ teſtãdi his,qui iure, vt Epiſcopi, aut voto, vt regulares prohibentur teſtari,cap. 11. num. 22.pag.47
Papa poteſt committere aliqua, quę ſunt ordinis Epiſcopalis, ſimplici ſacerdoti,c.31.p. 127.
Patres ſemper ſunt ſoliciti de cõmodo,& vtilitate filiorũ, cap. 13.num.11.pag.62.nu. 15. pag. 65.nu.20.pag.70.
Papa poteſt priuilegiare aliquas perſonas à ſolutione decimarum,cap.22.num.4.pag.99
Parochi ſunt poſiti à tempore Apoſtolorum in oppidis,cap. 27.nu.1.pag.117.
Patriarchæ,ſeu Primates à tempore Apoſtolorum ſunt poſiti in ciuitate ſumma habẽte plures prouincias, cap. 27. num. 1.pag.117
Pauperes de Lugduno ordinem, quem inſtituerunt,non habuerunt confirmatum à Papa propter admixtas ſuperſticiones, cap.4.num.5.pag.5.
Paupertas plura habet commoda,& eam Chriſtus Dominus fuit expertus, c. 11. nu.1.p.35.
Paupertas religioſa definitur,capit.11.nu.2.pag.35
Paupertas Euãgelica, hæc eſt propter fidem Chriſti, & Euangelij prædicationem, multum differt à paupertate Philoſophorum, qui propter vanam gloriam, aut Philoſophandi commoditatem, erant pauperes,cap.11.nu.3.pag.36.
Pœna ſtatuta in Concilijs, & iuribus Pontificijs aduerſus duellantes,cap.13.nu.37.pag.78
Pœna ſtatuaria, quæ impedit libertatem matrimonij,non valet,& iudex Eccleſiaſticus poteſt ſe intromittere, ne exigatur,cap.13.num.20. pag. 70. cum ſequent.
Petrus Ferdinãdus Magiſter ordinis diui Iacobi, fuit primus Magiſter à tempore confirmationis, non tamen à tempore inſtitutionis,cap.4.num.1.pagi.3
Perſonę tertij ordinis diui Franciſci non cenſentur regulares, nec gaudẽt aliquo priuilegio, cap.5.nu.24.pag.21
Pœna quantò grauior tantò maiorem arguit culpam, cap. 38. pag.135
Pontifices conſtituentes dominium rerum vtenſilium penes ſedẽ Apoſtolicã in voto regulari non intelligũtur de rebus, quæ vſu conſumuntur, quę nõ habent dominium incompatibile voto regulari,cap. 11. nu. 14.pag.41
Poſſeſsio dicta,quaſi pedum poſſitio,definitur,cap.11.num. 6. pag.37
Poſſeſſor bonæ fidei facit fructus ſuos

ſuos ſtatim,quò fuerint à ſolo ſeparati,cap.11.num.8.pa.37.

Præceptum Decalogi, non occides, prohibet omne id, per quod venitur ad homicidium, cap.13.nu.29.pag.75

Præcepta Dei, & Eccleſiæ comprahendunt quoſcunq; quantumcumq; in gratia poſitos,& contrarium eſt hęreſis, cap. 14.nu.4.pa.84

Præceptum decimandi Eccleſiaſticum habet fundamentum in ratione naturali,& authoritates vtriuſque teſtamenti. cap. 22.nu.1.pag.96.

Prælatus pernicioſus, aut inutilis amoueri debet, & eo amoto, de commodo eſt prouidendum,cap.20.pag.92.

Primi parentes receperunt à Domino tunicas peliceas de pelibus animalium in ſignum pœnitentię, quam egerunt, cap. 23.num.2.pag.102.

Priores ordinis diui Iacobi ſunt ordinarij Eccleſiaſtici in ſuis Prouintijs quò ad omnia, quæ ſunt iuriſdictionis Eccleſiaſticę.cap.21. num.2. pag.94

Priuilegiati à Papa, vt poſsint trãſire de diſtrictiori religione ad laxiorẽ debent manere ſub ſuperioris obedientia,& in perpetua clauſura,cap.14.num.7 pag.86.

Priuilegium teſtãdi, quod habẽt religioſi diui Iacobi, quomodò intelligatur,c.11.n.31.p.51.

Priuilegium Canonis tribuitur Inno.2.qui fuit Pontifex à diuo Petro centeſsimus ſeptuageſimus,cap.34.pag.131.& habet aliquas declarationes,ibi.

Profeſsio regularis, facta alicui de religionibus per Sedẽ Apoſtolicã approbatis,facit regularem profitentem,cap. 5.nu. 8.pag.14

Profeſsiones,quę fiunt in ordinibus militaribus per milites ſeculares, cap.5. nume.16. pag. 15.

Promiſsio Saluatoris, qui dixit nunquàm defecturam fidem Eccleſię, perconſequens neq; opera miſericordię,cap.11.nu. 10.pag.38

R.

Regulares profeſsi efficiũtur omninò incapaces rei pecuniariæ tàm quæſitæ, quàm quærendę,cap.11.nu.16.p.42

Regularis habens, vel volens habere proprium etiam in parua quãtitate, peccat mortaliter, cap.11.nu.17.pag.42.

Regulares poſt profeſsionem retinent omnia, quę non ſunt pecuniæ numeratæ,nec ſtimabilia pecuniaria ſtimatione,cap. 11.nu.18 pag.43

Regularis profeſſus retinet ius præſentandi,quia eſt ſpiritualibus annexum,cap.11.nu. 18. pag.43

Regularis poſt Concilium Trid. ſine licentia Papæ non poteſt retinere

retinere



retinere vſum ſubſtantiæ ſuæ, cap.11.nu.20.pag.20

Regulares, qui aliquo modo detrahũt teſtatores à legato,vel ab electione ſepulturæ, vel ab alijs cauſis pijs, vel inducunt, vt aliquid dent ſuis monaſterijs, excommunicantur à Papa,cap.24.pag.48

Regulares modò non ſint ordinis Minorum tanquàm commiſſarij poſſunt teſtari pro alio de licentia ſui prælati, cap. 11.nu.24.pag.48

Regula, cui licet plus, licet quod eſt minus, declaratur, cap. 11. nu.29.30.pag.50

Remiſsio pœnę ex permiſsione legis non inducit legis comprobationem,cap.13.num.36. pag.77

Religioſi ordinis diui Iacobi ad exemplum primorum fidelium viuunt in communitate,cap.6 num.1.pag.25

Religioſis non mẽdicantibus ſemper licuit habere bona in communi,cap.6.nu.1.pag.25

Religioſi ordinum militarium Calatrauæ,& Alcantaræ, vouentes obedientiam ſecũdum regulam beati Benedicti, vel Ciſtercienſis, manent profeſsi, cap.16.nu.5.pag.32

Religioſus profeſſus de rebus vtẽſilibus ſolùm habet ſimplicem facti vſum pro neceſsitate vitæ,ne egeat,cap.11. nume. 10. pag.38

Religioſi non poſſunt facere aliquas diſpoſitiones alienæ voluntatis,cap.11.nu.23. pag.47

Religio diui Iacobi eſt maximè accõmodata pro exactiſsima vita in religione faciẽda, cap. 15.nu.1.pag.87

Religioſi etiã ſi malè tractentur à Prælato inferiori non poſſunt recurrere ad ſuperiorem ſine licentia ipſius inferioris, cap.14.nu.10.pa.86

Religioſi poſt antiſtites habent perfectionem,quos diuus Dionyſius monachos triapedas, id eſt, triadæ perfectè famulantes appellat,cap.16.pag.88

Regulares curati debẽt multũ vigilare ſuper cura animarum, ſciẽtes rationem ab eis repoſcendam,& in eo, quòd Chriſtiani ſunt, in eo, quòd religioſi,& in eo quòd animarum prępoſiti,cap.21.nu.5.pag.95

Reptatus eſt euidenter notatus de traycion, niſi coram Rege legitimè ſe excuſauerit, c.13. num.43.pag.80

Res,quæ vſu conſumuntur, nullã rationem habent proprietatis ſeu dominij, quę impedire poſſit expropriationem in voto religioſo, vt declarat Ioann. 22.in Extrauaganti ad conditorem de verborum ſignificatione,cap.11.num.14.pa.41

Res,quæ vſu conſũmuntur, vſque adeò habent vſum iuris vel facti inſeparatũ à proprietate, ſeu dominio, quòd obiciet rationi naturali ſeparari,

cap.

cap.11.num.14.pag.41.
Res vxoriæ quomodò diſſentiat à voto religionis, & multa ad propoſitum, cap. 5. num. 20. pag.19

S.

SAncta Eulalia Emeritenſis quanta in ætate tenera fuerit paſſa, cap.27.nu.15.pa.118
Sanctus Franciſcus in regula pro ſuis fratribus modum paupertatis indixit, totus confiſus in Domino, in operibus pietatis, & miſericordiæ fidelium, dicendo, vadant pro eleæmoſyna confidenter, c.11.n.12.p.39
Sanctus Franciſcus in ſua regula vſum rerum vtenſilium pro vitæ ſuſtentatione non negauit, ſed ſcripto, & exemplo conceſsit, cap.11.nu.11.pag. 39
Satiſfactio ad conuitium, & contumeliam eſt, vt petatur venia ab eo, qui læſus eſt, cap.25.nu. 8.pag.110
Satiſfactio quomodò fiat, quandò aliquis iniuriat alios dicendo verum cap. 25. nume. 12. pag.113
Sacerdotium, & monarchia Eccleſiaſtica quomodò fuit facta magis ad ſimilitudinem gentium, quàm Iudęorũ, cap. 27. num.3.pag.117.
Sepultura Eccleſiaſtica multas habet commoditates, cap. 32.pagin.129.
Scientia, & ſtudium conueniẽter haberi non poteſt ſine vſu & reuolutione librorum, cap.11. nu.13.pag.140
Statutũ ordinis diui Iacobi, reijciens reptatum ab ordine, & ſuſceptione habitus, honeſtè procedit, cap.13.nu.25.pa. 73.
Statutũ ordinis diui Iacobi, quòd nobiles contrahant matrimonium de licentia Magiſtri, non opponitur libertati matrimonij, cap.13.num.24.pag. 70.
Satutum coniugalem anteponere ſtatui virginitatis, eſt hęreticum, cap.14.nu.2.pag. 82.

T.

TEmplarij erant priuilegiati pro tẽpore interdicti, cap. 29.pag.122
Tempore fundationis ordinis diui Iacobi licebat abſque ſpeciali approbatione Papæ ordinem religioſum fundare, cap. 4.num.3.pag.5
Tentare Deum eſt ſperare euentum præter rerum ordinem, cap.13.nu.30.pag.75.
Teſtator ſi in vita ſua ſoluerit legatum, incipiendo à traditione, & abdicando à ſe rem legatam, ex tali legato nihil debetur hęredi, cap.11.num. 54. pag.52.
Tolerantia, & patientia in rebus aduerſis & iniurijs illatis eſt valdè vtilis, ca.13.nu.25.pa. 73
Tranſitus de vna religione ad aliã eſt faciendus cum magna deliberatione, cap.14.nu. 13. pag. 83.cum ſeq.

Tranſ-



Tranſlati de vna religione ad aliã ſunt recipiendi cum conſenſu capituli, ſicut recipiuntur alij nouitij, cap.14.nu.8.pag. 86
Tranſlati de vna religione ad aliã & recepti cum debita ſolennitate ęquè ſunt tractandi, ſicut alij, cap.14.nu.9.pag.86
Treces in ordine diui Iacobi ſunt pro arbitrio & voluntate Pontificis poſiti, cap.18. pag. 91.
Tria vota religionis, obedientiæ, caſtitatis, & paupertatis quandoque limitata adherẽt ex interpretatione & diſpoſitione Pontificum, cap.12.nu. 2. pagi.58

V.

VAcatio longa Eccleſiarum valdè pręiudicialis eſt, & diſpendioſa, cap. 19. nume. 1. pag.91
Verba diui Thomæ, 2.2.q.86.artic.4.ad 3. aptiſsimè aptantur tertio ordini diui Franciſci inſtituto pro viuentibus in coniugio maribus, & fœminis, cap.5.nu.22.pag.21
Verba diui Thomæ, 2.2.q. 88.artic. 11. ibi eſt autem debitum continentiæ eſſentiale ſtatui religionis, dicta cenſentur pro excludenda potentia diſpenſandi ſuper votum continentiæ, quam tamen ex graui, & iuſta cauſa multi viri docti admittunt, cap.5. nu. 25.pag.22
Verba regulæ ſancti Franciſci, ibi ſimplici vſufructu dumtaxat in rebus, & bonis reſeruato fratribus, multipliciter declarantur per Inno.4. Nicolaum.4. Clementem 5. Bonifacium.8. Ioann. 22. cap.11. nu. 10.cum ſequen.pa.38
Verbũ, debet. importat neceſsitatem vel honeſtatẽ iuxta materiam, cui apponitur, cap.13. nu.12.pag.62
Verba iniurioſa reducuntur ad conuitium, maledictũ, improperium, opprobrium, deriſionem, ſuſurrationem, & detractionem, cap.25.nu.4.pa. 108
Verba futuri temporis non ſunt latæ ſententiæ, ſed ferendæ, cap.77.pag.134
Verbum Amen, neque eſt Græcum, nec Latinum, ſed Hebræum, & interpretatur verũ, cap.40.pag.136
Vis dicitur expulſiua, ablatiua, compulſiua, turbatiua, inquietatiua, cap.35.pag.133
Vna, eademq; res non debet diuerſo iure cenſeri, cap. 5. nu. 12.pag.13
Votum obedientiæ, quod fit ſecundum regulam monachalẽ, vel aliam à ſede Apoſtolica approbatam, facit vouentem regularem, cap. 10. num. 4. pag.31
Votum paupertatis in religione reſpicit proprietatem, ſeu dominium lege poſitiua inductum, non verò quod lege

naturali

naturali eſt neceſſarium pro vitæ ſuſtentatione, cap.11.nu. 14.pag.41
Vſufructus eſt ius alienis vtendi rebus, ſalua rerum ſubſtantia, cap.11.nu.7.pag.37
Vſufructuarius tunc facit fructus ſuos, cùm eos perceperit per ſeipſum, vel per alium nomine ipſius, non ſi ab alio percipiantur, cap.11.nu.7.pag.37
Vſuarius dicitur, qui habet ius vtendi alienis rebus ad vſum quotidianum, in quo differt ab vſufructuario, qui non ſolùm habet ius vtendi, verùm & fruendi, cap.11. num. 9. pagina.37.

UNIVERSITARIA de GRANADA

BVRGIS.

Ex officina Philippi Iuntæ, per Ioannem Baptiſtam Vareſium.

M. D. XCIX.